UNIVERSIDAD COMPLUTENSE
5324242057
4/22
A 4875
Dorb.
2L.
184
Digitized by Google

K. Fischl. Claudy. 1838.

b23493124
i34789868

Digitized by Google

C. N. Kist, memoria Heusdii. Lugdun. Batav. 1839. 8m.

Digitized by Google

R. 87.211

PHIL. GUIL. VAN HEUSDE

FA
5134

SPECIMEN CRITICUM

IN

PLATONEM

1
W 98

Martin Schanz
Professor Wirceburgensis

ACCEDIT

D. WYTTENBACHII

EPISTOLA AD AUCTOREM

ITEM

COLLATIONES CODICUM MSS. PLATONIS,
CUM A D. RUHNKENIO CONFECTAE, TUM ALIAE

LUGDUNI—BATAVORUM
TYPIS HONKOOPIANIS
MDCCCIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECIMEN CRITICUM

IN

PLATONEM.

Digitized by Google

VIRIS

AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS,

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE

CURATORIBUS,

PETRO LEONARDO VAN DE KASTEELE,

HERMANNO ADRIANO BAKE,

HIERONYMO DE BOSCH,

JOANNI DE KRUYFF,

PETRO VAN LELYVELD, PETRI FILIO

D. D.

PHIL. GUIL. VAN HEUSDE.

Etsi talem esse scio et Vestram, Viri Ampliſſimi! auctoritatem, et hujus libelli tenui-

Digitized by Google

tatem, ut parum agere verecunde videar, ſi tanto collegio tantillum offerre munuſculum ſuſtineam; tamen, non transgreſſus verecundiae fines, Veſtris libellum nominibus inſcribo. Etenim inſignem illam munificentiam cogitans, qua quidquid antiquis literis ſubſidii habet hujus Academiae Bibliotheca, id mihi omne utendum obtuliſtis, tam certum hoc duxi benivolentiae in me Veſtrae indicium, ut meae erga Vos obſervantiae qualecunque mihi ponendum monimentum judicarem. Et quotiescunque modeſtiae ſtudio illud mihi ſumere ſubveritus ſum, toties pietatis officium majoris mihi ſanctitatis viſum eſt, quam quod honeſte omitti ullam ob cauſſam poſſet. Itaque meae ipſe cupiditati libere obſecutus, ut grati erga Vos animi indi-

Digitized by Google

dicium, hoc Vobis offerre opuſculum conſtitui. Quod nunc propoſitum et pie debiteque et vero quam lubentiſſime perago. Sive enim Vosmet, Viri Ampliſſimi! intueor, qui tanto tuendarum bonarum artium ſtudio tantam habetis auctoritatem adjunctam; Veſtro favore nil ad honorem magnificentius reperio. Sive memet ipſe conſidero, qui non per vitae inſtitutum antiquas mihi literas tractandas ſumſi, ſed ipſius naturae quaſi propenſione a primâ eas adoleſcentiâ amplexus ſum et colui; alimento, quod naturali huic ſtudio praebuiſtis, ad vitae mihi fructum nil cogitare uberius poſſum. Sed, quantam in me vim habuerit, & numquam non habiturum ſit, tam jucundum mihi tamque honorificum beneficium, non eſt cur verbis declarare ſtudeam.

Ne-

Neque enim ea eſt liberalitas Veſtra, quae oratione illuſtrari vel velit vel poſſit, neque ea oratio mea, quae tantam celebrare liberalitatem auſit. Quapropter, vel me tacente, gratae meae in Vos voluntatis teſtis Vobis ac pignus ſit velim hoc qualecunque opuſculum, ut Veſtro in me favori obſervantiam erga Vos meam parem exiſtimetis.

Ex

Digitized by Google

Ex quo tempore antiquarum literarum deguſtare elegantiam coepi, mirabiliter me cepit ac tenuit Plato. Cujus legendi ſtudium, legendo perpetue auctum, non mediocriter mihi confirmavit Wyttenbachii V. Cl. diſciplina. Placebat mihi continuo nativa venuſtas per totam aequabiliter orationem diffuſa, nullo ea nitens alieno colore, at ſuâ ſe praebens ſimplicitate decoram: quae in intimum animi ſenſum mihi molliter obrepens penitusque ſe inſinuans, miro me mulcere voluptatis affectu ſolebat. Oblectabat me ſingularis illa ſermonis urbanitas, nativo lepore ſe ultro commendans: obvia illa quidem in nullo non Atticorum monimento, ſed in Platonis dialogis proprio quodam & ſuo quaſi lumine lucens. Mirabar

bea-

beatam illam orationis copiam atque ubertatem, qua, tanquam flumine, tam jucunde me memini ſuaviterque duci, tamque lubenter quocunque pergeret divertereve trahi atque auferri, ut, totus ipſe penitusque delinitus, Ciceronem intelligere placideque excuſare inciperem, qui errare cum Platone malebat, quam cum aliis vera ſentire. Et hanc miranti orationis vim magis etiam mihi mirabile accidebat, hanc tantam eloquentiae artem nullo ſe prodere eloquentiae ſtudio. Quapropter nullam non orationis dotem deprehendere geſtiens, attendebam cujusque dialogi rationem, habitum, oeconomiam & vero incredibilem illam auctoris in ſingulis diſponendis partibus artem, pari illam ac majore etiam arte occultatam. Quae diligenter omnia attendens, ſi dubius ſubinde haerebam, dramaticum ſcribendi genus ſuaviusne legenti ducerem an ſcribenti difficilius, hoc quidem certum exiſtimabam, eâ illud elegantiâ, ubertate, feſtivitate, eâ denique arte a Platone eſſe & exhilaratum & ad ſummum perfectionis modum limatum ac perpolitum, ut ſcribendi exemplum ipſius dialogis pulcrius quaerendo reperiremus nullum. Atque eo hoc mihi certius apparebat, quo verborum formarumque uſum obſervabam diligentius. Quam quidem obſervationem ita ad totam penitusque percipiendam Platonis orationem & fructuoſam & vero neceſſariam experiebar, ut, qui hanc negligeret, temere eum judicare de illa oratione cenſerem. Sane, ſi grammaticam legendi rationem captandis notandisque & verbis & phraſibus definiamus, ut eam exercentes, rebus omiſſis, voculas venemur, liberaliter agamus, ſi tantam tamque abjectam humilitatem ſum-

mo

mo cum contemtu deſpiciamus. Atqui tantum abeſt, ut aliquam cum humilitate conjunctionem habeat haec legendi ratio, ut eam ſperuentes juſtum capere lectionis fructum nequeamus. Etenim, ſi Veteres auctores, quo venuſtiores diſertioresque homines fuerunt, eo magis ſtuduerint & ſevero verborum delectui & proprio formarum uſui, eoque evitarint curioſius libidinoſam quamcumque vocum dictionumque confuſionem, Veterum percipere penitus orationem nequeamus, niſi quod ipſi ſtudium ad ſcribendum attulerunt, idem nos ad legendum adhibeamus. Sed in nullo temere ſcriptore legendo haec linguae obſervatio & magis ſe ſuo ipſa lumine commendat & majorem affert utilitatem ſuavitatemque, quam in legendo Platone. Sive enim reputemus, quo quis ſit judicio accuratior ingenioque cultior, eo ſtudioſius eum voces formasque in ſcribendo proprias exquirere: gravior eſſe Platone judicandi intelligendique auctor poteſt? Sive experiamur, ad percipiendas de philoſophia diſputationes, quo ſunt ſubtiliores interioresque, eo interiorem item requiri dictionum formularumque cognitionem; ecquis philoſophus Platone ſubtilius de intimâ rerum naturâ diſputavit? Sive etiam conſideremus, altos quosque & magnificos excellentis ingenii de rebus divinis humanisque ſenſus exquiſitis fere nec vulgaribus verbis exprimi; ſenſuum ſublimitate praeclariſſima quaeque ingenia divinum Platonis ſuperavit ingenium. Sive denique, ut judicio item auctoritas accedat, de Platonis oratione pronunciantem audiamus ſummum Romanorum oratorem eundemque unicum eloquentiae cenſorem; talem eam eſſe pronunciat, quae ipſo ſit

Jove digna, si Graece loquatur. Itaque existimans, vix quidquam me agere praeclarius posse, hanc interius intelligere orationem studebam. Et hoc mihi studium, Nodelli V. Cl. institutione excitatum, dicere vix possum, quantopere aluerint Wyttenbachiana praecepta. Saepe me memini ab eruditissimi suavissimique viri ore pendere, & quidquid moneret memori pectore recondere, quum Graecae linguae, unius omnium uberrimae, excultissimae atque ad omnes exprimendos animi affectus affectuumque varios quoscunque habitus modosque accommodatissimae, Graecae igitur linguae vim, proprietatem, copiam, gravitatem, elegantiam, omnino, interiorem quasi indolem ac naturam explicaret: atque ita me continuo vehementer incitaret, ut, & Platone legendo ipsius linguam quam accuratissime percipere, & linguâ percipiendâ tantam viri eloquentiam mente animoque complecti totam niterer.

Haec autem tractandi Platonis ratio eam apud me vim habuit, ut & cupidissime appeterem quidquid ad emendandum eum excogitassent eruditi, & ipse nonnunquam conjecturam tentarem. Nam, cum omnem omnino percipere orationis praestantiam, summamque legendo capere voluptatem studerem, nil mihi accidere molestius poterat, quam mendorum qualiumcumque offensio. Quorum vel levissima etiam ac tenuissima gravissimorum mihi instar videbantur, quippe quae tam perfecta tamque perpolita bene dicendi exempla contaminarent. Quapropter acceptum mihi erat, quotiescunque depravatum locum, vel aliorum diligentiâ emendatum videbam, vel meâ qualicunque conjecturâ illustratum putabam. Caeterum has meas sive emen-

emendationes ſive conjecturas, ut diligenter examinaveram, ita ad meum ipſe uſum ſcripto notabam. Nec earum magnopere rationem habebam, niſi quatenus mihi ad legendum Platonem & tunc erant utiles & in poſterum eſſe uſui poſſent. Sed accidit, ut ad edendas eas adduceret. Leidam migraturum Academiae Curatores, VV. AA. pro ſummâ ipſorum in bonas artes earumque ſtudioſos voluntate, hoc me ornare beneficio volebant, ut, ad alendum meum literarum, in primis Platonis, ſtudium, aditum mihi praeberent ad Ruhnkenianas caeterasque Bibliothecae publicae copias. Cujus ſummae in me munificentiae, tam mihi ad animi voluptatem jucundae, quam ad doctrinae fructum efficacis, ut qualicunque me ratione memorem probarem, ad publicum aliquid uſum mihi edendum judicavi. Et circumſpicienti mihi ſcriptionis argumentum, ut continuo occurrebat Plato, ita edendum videbatur Criticum in ipſum Specimen. Igitur animadverſiones, quas dixi, denuo examinans, priorem earum partem edere conſtitui: ita quidem, ut ex Ruhnkenianis ſchedis ac Codicibus, data opportunitate, vel annotationem aliquam vel variam lectionem afferrem. Caeterum conſiderans nobiliſſimum Platonis *De Legibus* opus, quod tantis adhucdum corruptelis depravatum eſt, dignum hoc judicabam, quocum Codicem hujus Bibliothecae Voſſianum conferrem. Et conferendo inſignem expertus Codicis praeſtantiam, collationem ejus cum duabus item aliis ſpecimini adjiciendam cenſui, alterâ, quâ Platonis *Minos* cum eodem Codice, alterâ, eâque Ruhnkenianâ, quâ ejusdem *Sophiſta* cum Codice Pariſienſi compararetur.

Digitized by Google

Et hanc quidem qualemcunque operam Platoni navatam eo nunc lubentius in lucem emitto, quo mihi Platonis juvandi ſtudium in dies viſum eſt ad communem utilitatem uberius. Nam, ut magis eum legendo intelligere ſtudui, ita magis perſpicere coepi, quot & quantos cum ſuavitatis tum utilitatis fructus accuratior ipſius lectio praebere poſſit: praeſertim ex quo tempore illud mihi in primis agendum eſſe vidi, ut in legendo dialogi perſonis inter ſe colloquentibus quaſi praeſentibus praeſens, non, tamquam peregrinis peregrinus, qui morum opinionumque ignarus nil non continuo mirarer atque aegre ferrem, ſed, tamquam civibus civis, intereſſem. Neque enim juſtum ſtudii fructum ex antiquorum ſcriptorum lectione capere iis licet, qui etſi aliquâ inſtructi antiquitatum, quae vocantur, cognitione, tamen ad legendum ſuas ipſi opiniones afferunt; nec ab omni praejudicata ſententia integri caſtique ex ſolius ſcriptoris ejusque gentis & moribus & opinionibus, tam bonis illis quam perverſis, ipſum legendo intelligere conantur. Et vero, niſi nos in ipſius ſcriptoris ejusque civium & aequalium interiorem indolem & quaſi naturam penitus inſinuaverimus, magnopere verendum, ne magnificas ejus ac praeclaras quibuscunque de rebus opiniones ac ſententias, quotquot quidem a noſtra cogitandi exiſtimandique ratione abhorreant, commenta, ineptias, ſaepe etiam aegri capitis ſomnia vocemus. Scilicet, quoad non accurate percipimus antiqui aevi ab hoc noſtro diſcrepantiam, antiqua nobis monimenta tractantibus quandam quaſi nubem objicere haec diſcrepantia ſolet, per quam nobiliſſimos quosque antiquitatis

tatis viros non suâ, sed deformi, sed ridiculâ nonnunquam specie contuemur. E qua eorum specie ad cognoscendos ipsos conjecturam ducentes; quidni eos vituperemus, rideamus, despiciamus?

Ex quo igitur tempore hoc in primis studio legendum esse Platonem vidi, admirabile est, quantum ex ejus lectione, sic instituta, suavitatis hauriendum utilitatisque mihi visum sit. Quod quidem nobis eo magis appareat, quo Graecorum institutionem, mores, philosophiam, omnino agendi cogitandique rationem attendamus diligentius. Sane, cum a teneris inde annis nobilissimae illius majorum virtutis in admirationem inducti, magnanimitatis sibi quandam & fortitudinis quasi speciem & imaginem mente effingerent effictamque imitari studerent, & contemplantes quotidie pulcerrima cujuslibet artis monimenta ad judicii elegantiam ultro conformarentur; dici vix potest, quantopere haec quasi spontanea institutio ipsorum & indolem confirmaverit & ingenium excoluerit. Sed, missis caeteris, unice consideremus gymnasticae musicaeque in eorum institutionem vim: quam quidem considerantibus ad summam nobis culturae perfectionem perveniisse videantur. Nam si recentiore aevo non ita magnopere harum artium ad pectus animumque fingendum ratio fuit habita, tanti eas momenti Graeci duxerunt, ut Musicam quidem, mollius ac praeter consuetudinem tractatam, una cum moribus ipsam funditus perdere Rempublicam existimarent (*). Atque vel hinc in-

(*) Plato Rep. IV. 424. C.

Digitized by Google

intelligatur, florente Republica, quantorum cauſſa bonorum fuerint. Et vero, quum e gymnicis exercitationibus, ſimul cum corporis robore, animi etiam conſtantia quaedam ac fortitudo contraheretur: e muſicis autem certaminibus, ſimul cum animi temperantia, humanitate, pudore, ingenii etiam tractabilitas, liberalitas, elegantia duceretur: & ſi quid vel ex illis crudi durive contrahi, vel ex his delicati mollisve duci videbatur, juſto id omne temperamento ad ſummam miſceretur concinnitatem; ex hac utriusque artis conjunctione in nulla non juvenili mente exiſtebat acer quidam idemque certus cum honeſti decorique tum pulcri venuſtique ſenſus, quo nil non magnum, praeclarum, generoſum, nil non elegans, concinnum, ſuave, continuo agnoſcebant vehementique amore complexabantur. Qui quidem ſenſus acri perpetue venuſtatis elegantiaeque concertatione cultior etiam eruditiorque redditus, haud mirum, ſi ſincero quodam atque integro, eodemque indelebili, urbanitatis colore ipſorum mores imbuerit. Horum igitur morum qui rationem interius & habitum cognovit, nonne ſummam percipere liberaliſſimamque voluptatem putandus eſt? Atqui eorum nullum exſtat illuſtrius theatrum, quam unusquisque fere Platonis dialogus. Uti enim qui illic agentes inducuntur, inſignes fere omnes ſunt vel ſapientiae exiſtimatione, vel orationis facultate, vel ingenii acumine, vel animi altitudine: ita qui eos inducit ſpectandosque praebet, acer nimirum eſt ille morum ingeniorumque exiſtimator, cultiſſimus ipſe & venuſtiſſimus. Ne igitur miremur, ſi vel cuivis facile, hos dialogos legenti, tamquam e ſanis ſalubri-

bus-

busque locis, grata quaedam quasi sanitatis aura adspiret, quam veluti ducens ad praeclara appetenda omnia incalescat. At hinc iidem conjecturam petamus, qualem percipere quantamque voluptatem, iisdem legendis dialogis, debeat, cui antiquum cogitanti aevum nulla ob mentem quasi nubes obversari, at purum integrumque affulgere antiquitatis lumen soleat!

Sed quamvis sit eximia haec ingenii voluptas, hac studii ratione e Platone haurienda, majores etiam ac praeclariores studii fructus capi inde posse censebam. At hac de re paulo liberius excurrendum est.

Graecorum philosophiam quo quis magis inquirat accuratiusque percipiat, eo interius cognoscere ipsius auctores nitatur. Habent enim praestantissimorum quorumque Veterum philosophorum placita non tantum magnam subtilitatis rationisque laudem, sed parem etiam sublimitatis commendationem. Ac produnt auctores, qui non ex principiis temere aliunde receptis, nec raro fallacibus, curiose ratiocinando pedetentim progressi sint, sed nimirum, qui amplo insignes erectoque ingenio, quidquid vel invenirent vel inventum confirmarent, ex ipsâ rerum hominumque naturâ & indole repetendum ducerent: ac dissipaturi, quae offunderentur, tenebras, e quibusvis & artibus & doctrinis lumen suum accendere conarentur. Neque etiam praeclaram hanc eorum inquirendi philosophandique rationem considerantì, mira ea accidere cuiquam potest, qui nec ingeniorum excolendorum leges ignorat, & Graecarum rationem civitatum attendit. Magnis enim formandis viris nihil facile conducere

cere efficacius poteſt, quam ejusmodi Reipublicae conditio, quâ ſpontanea quaeque generoſi pectoris ſtudia vim ſuam exſerere libere poſſint, communi alantur & admiratione & concertatione, atque una cum ipſorum civium voluptate univerſae civitatis ſalutem provehant. Qualem quidem fuiſſe Graecarum plerarumque civitatum conditionem, vel paulo ſane politior nemo non cognovit. Itaque, ſi reputantes illam, quam memoravimus, eximiam inſtitutionem, hanc item conſideramus optimorum quorumque ſtudiorum & vigendi opportunitatem & vigentium exiſtimationem, confiteri profecto oportet, ad ſumma attingenda omnia unos fuiſſe Graecos & natos & excultos. Et mihi quidem, admirabilem hanc Graecorum gentem ſaepe multumque attendenti, omnia quaſi conſpiraſſe videntur, ut eorum tum animus ad fortitudinem, magnanimitatem, decori honeſtique amorem & nullam non generoſae indolis virtutem conformaretur, tum ingenium, quam fieri maxime poſſet, excoleretur, amplificaretur, ad veri pulcrique judicium acueretur, omnino, ad omnes ſe artes diſciplinasque applicaret. Nam, cum acres illae Graecarum civitatum & inter ſe diſſenſiones & cum Perſis pugnae in ſingulorum civium mentibus & inſitum vigorem ardoremque intenderent, & incredibilem quamdam patriae caritatem gignerent, & vero, quod prudentiſſime monuit Plato, illum ſuſcitarent alerentque pudorem, quo ducti tanto ferebantur turpitudinis ignaviaeque odio, quanto & fortitudinis ſtudio & virtutis amore; animus vel ſuâ ipſe ſponte ad ſummam ſe praeſtantiam erigens, patriae quoscumque & obtrectatores & adverſarios ſu-

perare magnanimitate geſtiebat, atque ardentiſſima fervebat generoſitatis virtutisque aemulatione. Et, quum antiquiſſimi illi Aegyptii Phoenicesque coloni Graecos, quibus intererant, populos niſi excoluiſſent, certe aliquo cognoſcendi ſtudio elegantiaeque guſtu imbuiſſent; ingenium, tam generoſis tamque vehementibus animi affectibus totum quaſi explicitum atque amplificatum, niſi praeclarum ac venuſtum cogitare nihil vel fingere poterat, atque ad nullius non artis & inventionem & perfectionem, doctrinarumque quarumlibet tractationem, ſuo ipſum impetu curſuque impellebatur. Et vero hinc factum eſt, ut tanta eorum in militia fortitudo & conſtantia prorſus ab incultarum iſta gentium ferocitate abhorreret, tantaque domi morum ſtudiorumque venuſtas omnis eſſet mollitiei, ignaviae, humilitatisque immunis: atque etiammunō in eorum, quae ſuperſunt, monimentis miram animi lenitatem ac manſuetudinem cum pari conjunctam robore ac fortitudine reperiamus, ingeniique felicitatem, elegantiam, lumina, una cum ipſius & ſubtilitate & amplitudine admiremur. Profecto, quotiescunque, monimentis illis cum aliquo ſublimitatis ſenſu legendis, tanto animo tantum ingenium mirabili concentu ad praeſtantiſſimam naturam coaptatum intuemur: toties ſpectare ſpectaculum videmur, quo ab homine ſpectari praeclarius non poſſit. Hac igitur conditione homines cum ea tractarent, quae ſola ipſis tractatu videri digna poſſint, id eſt, divinam naturam inquirere, ſe ipſi animamque ſuam cognoſcere, hujusque univerſi ordinem rationemque perſpicere complectique niterentur, quo tandem & ingenii lumine & animi

ſenſu ſpirituque inſignia fuiſſe eorum placita exiſtimemus? Et ſane, ut alios mittam, quos hoc item nomine celebrare poſſim, Pythagoreorum placita, per Veteres paſſim libros diſperſa, ſi diligenter, cogitate, nec vero frigidè, legimus ac meditamur, fateamur neceſſe eſt, formandis talium placitorum auctoribus, quid formare excellentiſſimum poſſet, expertam videri naturam.

Jam vero tantorum ingeniorum qui vim omnem atque amplitudinem mente complectitur, ecquem ſtudii fructum aliunde percipere uberiorem illuſtrioremque poſſit? Et quandoquidem Plato, unâ cunctorum & conſentiente intelligentium voce, antiquorum omnium unus maximam ingenii exiſtimationem meretur, atque inter caeteros philoſophos, veluti Deus quidam, elucet & quaſi regnat: hunc talem tantumque virum qui ex ipſius aevo, natura, indole, ſenſu, cogitandi habitu, philoſophandi ratione, legendis ipſius ſcriptis, ita ſibi totum ob mentem repraeſentat, ut

circumfuſa repente
Scindat ſe nubes,

atque in ſua ipſum luce aſpiciat, quantum tandem dicendus eſt lectionis fructum capere?

Atque hîc quidem ſuum orationi curſum concedens eo non invitus accederem, ut Platonis legendi ſtudium, ſic inſtitutum, poſtquam ad cujusque uſum legentis commendavi, ad graviſſimarum etiam diſciplinarum emolumentum laudare ſtuderem. Sane, quotiescumque ſingularem illam Graecorum gentem conſidero, toties miror, omni fere tempore fuiſſe, qui ex tantorum monimentis virorum accuratae nihil doctrinae per-

percipientes, unam exinde ducendam rationis oratio-nisque elegantiam putarent, unice illam utilem temperandae exhilarandaeque doctrinarum severitati. Est illud quidem aliquid, ex perenni illo limpidoque elegantiae fonte quasi rivulos ducere, quibus recentis inventa temporis perfusa antiqui sanitatem aevi spirare videantur. Cum enim magnopere conducat alliciendis cujusque tenendisque studiis; diffundendis inventorum luminibus magnopere item conducat necesse est. Atque idem cum in primis valeat ad acuendum erudiendumque pulcri venustique sensum, & hujus sensus culturâ liberaliorum censeantur artium incrementa, permagnum profecto ducendum est. Verumtamen, vel fallor, vel sunt item alia longe etiam majora. Enimvero, cum praestantiores quique ex antiquitate viri, & suâ ipsi indole tanti, & praeterea ad summa inquirenda perspiciendaque omnia tum institutione exculti, tum concertatione erecti, quam pueri didicerant doctrinam, non unam viri tractarent, sed, collatis primum magnarum quarumque artium ac disciplinarum luminibus, ita sibi illustrandam censerent; haud ita leviter ac temere suspicemur, ad nonnullarum doctrinarum vel fundamenta jacienda firmiora vel rationem instituendam accuratiorem vel vim perspiciendam interius, ex antiquorum etiamnunc placitis profici posse; quin etiam, eadem illa placita vias forte inquirentibus & monstratura & patefactura, quae, adhucdum ignotae, ex hac dubitandi quasi fluctuatione ad certius aliquod de rebus gravissimis judicium perducant. Quod suspicati si Platonem intuemur, in tantis illum viris suâ insignem elucentemque virtute, quanto haec omnia

uberiora etiam atque illustriora ex eo percipienda arbitremur! Sed ne prooemii fines, quos jam fortasse migravi, ulterius etiam migrare videar, nolim gravissimum hoc argumentum attingere propius. Illud monendum, hanc tantam rem, si a quopiam homine, ab eo posse uno perfici, qui, usus eâ quam commendamus legendi ratione, in Platonis & tempora & ingenium quasi totum se transtulerit atque insinuaverit: eumdem vero illum, si cum summa divinare probabilitate liceat, e divini ingenii cogitationibus, nisi placita decerpturum, quae, tamquam maturos fructus, in communem continuo usum conferat, certe placitorum initia & quasi semina susceptorum, quae ad nostrorum temporum velut temperiem exculta, uberrimos aliquando fructus generi humano largiantur.

Equidem non diffiteor, haec tot ac tanta & voluptatis & utilitatis bona, illo, quod adumbravimus, Platonis studio assequenda, arduum studioso ac difficultatibus plenum aditum habere. Neque vero ignoro, quam longe ipse ab eâ absim felicitate, ut, superatis quae adeuntem impediunt difficultatibus, ad capienda illa bona accesserim. Illuc enim quicunque tendit atque aliquando accessurus est, non tantum instructus sit, oportet, accuratâ antiquitatis scientiâ, comparandâ illâ antiquis auctoribus diligenter criticeque legendis; sed, valeat etiam, necesse est, eâ cogitandi efficacia, eo sentiendi acumine, ut tanti ingenii & amplitudinem complecti totam & vim percipere penitus queat. Quantam quidem & intelligendi facultatem & eruditionis copiam juvenili menti neque inserere natura solet, neque adjungere studium potest. Attamen, si

ve-

Digitized by Google

verum est, quod nemo dubitat, ex Veterum Auctorum, in primis Platonis, monimentis deligendum esse & quasi cum pulvisculo exhauriendum quidquid in iis insit praeclari; ad hunc profecto perfectionis gradum summâ ope omnique ratione innitendum est. Et ego quandoquidem magnâ Platonis famâ ad ipsum legendum excitatus, legendo tam singularem viri tantamque inquirere virtutem studuerim, haud profecto mirum, si illuc continuo mentis aciem convertens atque intendens, intelligere aliquatenus inceperim, quâ quis potissimum ratione hanc cognoscere virtutem possit. Caeterum, cum Platonicam philosophiam percepturi, alii in quasdam tantum ejus partes inquirant, alii singularum inter se partium copulam non animadvertant, in suis autem utrique angustiis multa continuo mirentur, reprehendant, ridicula existiment: hunc item fructum meum mihi studium attulit, ut, aliquanto me magis ex ista humilitate erigens, ad latioremque conspectum assurgens, reprehensoribus cognitis, debitâ philosophum admiratione prosecutus sim. Nam cogitando eum mihi informans Platonis studiosum, qui viri magnitudinem totam percipiens, ipsius de philosophiâ placita non tarde molesteque & quasi rependo assequeretur, sed, tamquam e sublimi arce universa simul unoque oculorum obtutu contemplaretur: hunc quasi praesagivi mihique persuasi tantum abfore, ut placitorum aliquod mirum absurdumve duceret, ut talem eorum perciperet inter se concentum, qualem divino illo dignum ingenio judicaret. Enimvero, si in magni fere viri errores acuti homunculi continuo involant, & hos

car-

carpentes praeclariſſima etiam placita corripere ſubinde ac mordere geſtiunt: qui excellentis cujusque ingenii & vim & rationem tenet, is horum latratum magnifice deſpiciens, placide illius errores excuſabit, illud Martialis uſurpans:

Si non erraſſet, fecerat ille minus.

Sed ſatis jam multa de juſto tractandi Platonis & modo & propoſito, ut intelligatur, quot & quantos cum ſuavitatis tum utilitatis fructus praebere ipſius lectio poſſit. Redeo unde orſus ſum. Igitur, quo majores eſſe vidi & praeclariores hos lectionis fructus, eo uberius eſſe exiſtimavi ad communem utilitatem, eorum percipiendorum aditum, quoad ejus fieri poſſet, planum expeditumque reddi. Atque illud equidem ſi hoc edendo opuſculo quantulacunque parte effecerim, ſublatis nonnullis, quae Platonis lectionem impeditam adhucdum reddunt, difficultatibus, operae me pretium feciſſe arbitrabor.

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

EPISTOLA

AD

PHIL. GUIL. VAN HEUSDE.

Quod roganti Tibi receperam, mi Heusde, me tuo libello aliquid literularum & judicii de locis a Te tractatis additurum: ecce, ubi ad rem ventum est, nil habui quod adderem. Nam quum de animadversionibus tuis inter nos ageremus, Tuque, instar illius apud Platonem nostrum Theaeteti, iis judicii severitatem adhiberes, falsum quodque & ἀνεμιαῖον abjiceres, nec nisi, si quid probabile & γόνιμον videretur, retineres; non profecto opus est, ut nunc eas denuo recenseam, & singulis meum judicium, *pulcre*, *bene*, *recte*, apponam. Ergo primum hoc literarum nobis argumentum periit. An igitur, ut saltem tuae voluntati meoque promisso satisfaciam, hoc ipsum unum ad Te scribam, me non habere quod scribam? Aliis hoc sit concessum, a nostra

 qui-

Digitized by Google

quidem abhorret conjunctione, cui numquam vel ſermonis vel epiſtolae materia deſuit. Ergo & alterum hoc mihi ereptum eſt ſcribendi genus. Et tamen ſcribere me cogit & tua voluntas & mea fides. Ecquod tandem nobis argumentum ſupereſt? Supereſt unum certe, idque minime tenue aut leve. Tu ipſe, mi Heusde, Tu mihi hujus epiſtolae eris argumentum. Te quum dico, dico ingenium animumque tuum, dico commune noſtrum optimarum Literarum & Platonis ſtudium. Quibus de rebus cogitanti quamvis indiſerto copia ſcribendi deeſſe nequeat. Quo certius hoc mei de Te judicii documentum Tibi accidere debet; quod, quum libri tui ubertas mihi de eadem re docte diſſerendi facultatem praeripuerit, malim indoctius & amantius, ἀμαθέστερον καὶ φιλικώτερον, quam nihil ad Te ſcribere.

Sextus hic annus eſt cum ad me Amſtelodamum veniſti incenſus ſtudio Literarum, earumdem cognitione ſenſuque jam imbutus Rotterodami in ſchola Cl. Nodelli, elegantiſſimae doctrinae viri: oſtendebas Te Platonis amore captum, ad cujus intelligentiam ut Tibi adjutor eſſem, candide me modeſteque rogabas. Hoc primum mihi novum & inexſpectatum accidebat, adoleſcentem modo ex puerili diſciplina prodeuntem, Platonis & cognitione tinctum & ſtudio ardentem, ad me venire: Platonis, inquam: quem quotusquisque non modo diſcentium, ſed docentium, legit, aut ſi forte inſpexit, non continuo relinquit? Nam diſcentium quidem iſte dudum eſt mos, ut ſi paucos Graecos verſus, paucas Latinas Elegias didicerint, jam haec ubique crepent, ſibique docti videde-

deantur. At vero Tu, in hoc etiam ſimilis Platonici Theaeteti, οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος, ſine ſtrepitu, ſine vento, quid ſcires, quid neſcires, ingenue prae te ferebas. Ex quo in primis judicavi, Te vere a Platone captum eſſe, &, ut ipſius dictione utar, τὸν Πλάτωνα τὴν ἀληθῆ σοῦ εἰλῆφθαι λαβήν, Platonem verâ Te anſâ apprehendiſſe. Hunc enim qui legunt, intelligunt, in ejusque ſe doctrinam ac praecepta inſinuant, hi profecto primam omnium legum ſibi imponunt τὸ γνῶθι σαυτόν· huic perpetuo & volentes parent: hujus ad adventum & imperium omnis ex animo expellitur expurgaturque vanitas, arrogantia, ſuperbia. Unde fit, ut homines vani & ventoſi Platonem nec diligant, nec intelligant. Tu propoſitum iter ingreſſus, cum in meas de Graecis Literis ſcholas ventitabas, tum domi aſſidue Platonem tractabas; ut facile animadverterem, Te eum in dies magis & diligere & intelligere. Ita biennium traductum. Interea multa, quae rerum mearum ſtatum mutarent: obiit Ruhnkenius: vel hujus neceſſitudo, vel mei fati neceſſitas, me migrare Lugdunum coëgit. Tu adhuc annum Amſtelodami manſiſti, inchoatum opus urgens, domi legens relegensque Platonem, caeterum in Jurisprudentia operam dans Craſo, in Philoſophia Swindenio, clariſſimis nuper meis collegis, & utrique cum Athenaei Amſtelodamenſis, tum ſuae diſciplinae, doctori celeberrimo. Tum ipſe Lugdunum ad nos veniſti.

Mihi vero, mi Heusde, quum temporum meorum varietas & ſtationis commutatio, multa ἀβούλητα attulerit, quae nunc narrare nil attinet: τὰς γὰρ ἐν

Digitized by Google

μέσῳ σιγῶ τύχας, κατ' Εὐριπίδην: cujus & hoc mihi ſubjicere ſoleo, Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφή —: in his igitur unice me conſolatur conſcientia recte factorum, ſervati officii, & reſtitutae in hac noſtra Academia diſciplinae Literarum, quae jam per aliquot annos proſtrata jacuerat. Diſciplinam dico ſcholas, diſcipulos, horumque ſtudia & progreſſus: quae non numero cenſentur, ſed pondere: quamquam & numerus, pro hujus ſaeculi ingenio, probabilis eſt. Et in his, qui pondere cenſeantur, diſcipulis Tu quoque in primis mihi es, mi Heusde. Sed Literarum ſtudioſi alii aliud propoſitum habent: alii eas, ut adjumentum aliarum doctrinarum, adhibent: alii ad ingenii ornatum: alii ad animi oblectationem: alii alia de cauſſa: pauciſſimi ipſarum unice cauſſa & amore, & ut in ipſarum ſtudio vitae tabernacula ponant. His equidem ſemper ſoleo auctor eſſe, ut ſtudia adoleſcentiamque ſuam aliquo ſcripto in optimam partem ad civium notitiam commendent. Quod & Ciceronis eſt praeceptum, & his ipſis diebus, ut noſti, a nobis in ſchola de Officiorum libris tractatum. Quamquam enim ſubinde fit, ut adoleſcentes vani & ventoſi modeſtis doctisque adoleſcentibus & laudem & laudis praemia praeripiant: eſt illa non laus, ſed opinio & error exigui temporis: magna eſt vis veritatis, quae diu latere nequit: maxima eſt virtutis efficacitas, quae ſui cultores certiſſimo doctrinae conſcientiaeque fructu beat. Sed oſtendenda eſt virtus, & ad publicam notitiam producenda. Etenim ſi cognita virtus nonnumquam negligitur, quid ignoratae virtuti fiet? Et, ut iſti ventoſi non niſi τὸ δοκεῖν con-

conſectantur, hi modeſti unice τῷ εἶναι contenti ſunt: ita, quamvis modeſtus virtutis cultor, virtutis muneri ſic ſatisfaciet, ut τὸ δοκεῖν ne prorſus negligat, ſed τῷ εἶναι addat, & qualis eſt, talis haberi velit. Ita & ſuperiore anno recte fecit Lyndenus noſter, documento progreſſuum ſuorum, Diſputatione de Panaetio edenda ac defendenda: qui quum & generis nobilitate & opibus omnia ſumma conſequi poſſe videretur, tamen externa iſta bona adeo levia ducit, ut in his nihil, omne decus in animi bonis ponat. Et nunc Tu recte facis prodendo tuo Specimine, mi Heusde: qui, nec ipſe illorum inops ſubſidiorum, iis poſthabitis, omnem vitae ſuavitatem laudemque ex Platonis optimorumque veterum lectione petis. Et communis noſter amicus, veſter condiſcipulus, Sluiterus, dum ipſe ſimilis editionem documenti meditatur, ante paucos hos dies in Daventrienſi cathedra poſitus, ipſe documentum exſtitit, ſuum adhuc meritis conſtare honorem.

Caeterum noſtros de Platone ſermones, Amſtelodami inchoatos, Lugduni inſtauravimus: quum Tu quotidie Platonem tereres, non huc illuc vagando, ſed unoquoque dialogo ab initio ad finem perlegendo, perlecto iterando, ſingularum deinceps ſententiarum nexu indagando, teque omni mente & cogitatione in philoſophi dicendi diſputandique conſuetudinem inſinuares, itaque veram ſcripturam multis in locis, quamvis obliteratam, perſpiceres, plurimaque librariorum menda corrigeres. Quae Tu inventa ad me deferens, materiam adferebas de qua jucunde colloqueremur, non ſolum συμφιλολογοῦντες, ſed etiam

συμπαθοῦντες & συνενθουσιῶντες, quum dictionum, ſententiarum, imaginum, ſuavitate, veritate, ſublimitate in admirationem Platonis abriperemur. Eſt profecto divinus ſcriptor Plato, neque *divini* cognomen temere ei venit. Nullus enim eſt ex erudita antiquitate ſcriptor, in quo major ſit ubertas & copia earum virtutum, quibus legentes in quemdam divinitatis ſenſum auferantur: aut, ſi qui ſunt, qui in ejusdem laudis ac ſimilitudinis ſocietatem venerint, hi ab ipſo Platonis fonte fluxerunt.

Mihi vero noſtri ſermones ſaepe in memoriam revocarunt adoleſcentiae meae tempus, quo ille in animo meo ſenſus & recentior & acrior vigebat: quem nunc uſus & aetas vel refrigerarunt, vel ratione coercuerunt. Ego vix dum adoleſcentiam ingreſſus eram, quum mirificus me caperet & quaſi δαιμόνιος amor Platonis: cui legendo quum omne meum tempus impenderem, tum in primis otia captabam, quibus per anni tempeſtatem in ſylvas montesque excurrerem, & *nunc viridi membra ſub arbuto ſtratus, nunc ad aquae lene caput ſacrae*, promerem, non ut ille *veteris pocula Maſſici*, ſed librum Platonis, in ejus me lectionem conjicerem ac penitus demitterem. Ibi tum fieri ſolebat, ut, quemadmodum ipſe in alto editoque poſitus in circumjacentia infra me loca veluti parva & humilia proſpiciebam, ſic Platonis genio repletus purior leviorque in coeleſtes regiones ſublimis evolare viderer,

Ut mihi jam ſummam ſapientia panderet arcem,
Unde hominum errores longe lateque per orbem
Deſpicere, atque humiles poſſem contemnere curas.

Sed

Sed hoc somnium, saepe mihi inchoatum, quamvis breve, quippe mox abruptum corporis admonitione, animum e coelo in terram detrahentis, tamen ita crebrum refertumque fuit mirabilium visorum sensumque varietate, quae veluti mysteria, nemo, quamvis initiatus, oratione enarrare, nemo profanus, quamvis enarrata, intelligere possit, initiatus ab initiato paucis verbis admonitus continuo sentiat. Igitur & Tu sentis, mi Heusde. Et mihi satis sit, hoc dedisse recordationi somnii illius & frequentis & mirifici, tamquam anticipationis & gustus verae & a corporis vinculis solutae vitae: atque, ut cum ipso Platone loquar, (Phaedro p. 346. D.) *ταῦτα μὲν οὖν μνήμῃ κεχαρίσθω δι' ἣν πόθῳ τῶν τότε μακρότερα εἴρηται.* Interea dum in hac vita sumus, hujus vitae officia ne negligamus. *Quam quisque norit artem, in hac se exerceat*, ut est in Graecorum proverbio: per eamque aliis prodesse studeat. Qui in Platone plus aliis videt, ad hujus intelligentiam studiosis profit: & profecto egregium vitae munus susceperit. Hoc tuum est, mi Heusde.

Equidem ipse adolescens *δαιμονίῳ* illo Platonis amore incensus, eum aliquando edere constituebam: mox Julianum, Synesium, denique Plutarchum eodem amore & edendi proposito complectebar: nec dubitabam quin studium meum vitaeque spatium vel quatuor edendis his scriptoribus sufficturum esset. Veni deinde ad Ruhnkenium, qui me a reliquis ad unum Plutarchum convertit: Platonis editionem ipse cogitabat: in caeteris scriptoribus unus omnium Plutarchus maxime emendatricem explicatricemque interpretis operam & desiderare & mereri videbatur: &

brevi

brevi animadvertere coepi, hunc tantam habere materiam, quae meam quidem vitam operamque omnem consumere posset, sive operis magnitudine, sive virium mearum tenuitáte, sive temporum iniquitate. Quinque sunt anni, quod Ruhnkenius noster diem obiit: quatuor, quod Lugdunum migravi. Horum quinque annorum quotam partem putas me Plutarcho tribuere potuisse? Sex menses, ne hos quidem continuos. Hoc sex mensium spatio confeci Animadversiones in Moralium paginas priores centum, a libello De Educatione ad Consolationem Apollonii. Et hucusque profeceram his ipsis diebus, quum ecce, denuo belli tempestas intonat, post brevem pacis usuram nondum recreata patria, immo tamquam primae quietis dulci somnio lactata & mox excussa. Igitur Plutarchus meus rursus commeatu cum Oxonienſibus excludetur. Sed hoc, & omnino meum omne negotium, leve est prae patriae damno: quod quis tandem bonus civis non lubens vel suo incommodo redimat? Utinam, qui populis praesunt, Platonem legerent! mallent profecto ἀδικεῖσθαι quam ἀδικεῖν, injuriam ferre quam inferre aut referre: &, siquidem bellum est malum, ut nemo dubitat, mallent philosophari, quam bellare: studerent suo ipsi exemplo ratam facere & implere nobilem illam Platonis vaticinationem, (Republ. V. p. 466. B.) ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία — οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ Φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσιν· δικῶ δὲ οὐδὲ

τῷ

τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει. At nos, qui non regimus, ſed regimur, in hoc certe philoſophemur, ut pareamus rectoribus noſtris, cum hominibus, tum ſupremo omnium rectori Deo: quidquid nobis praeter noſtram culpam acciderit, ut ab illo immiſſum, aequa mente accipiamus, ſemperque in promtu habeamus illud Cleanthis: Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ Πεπρωμένη, Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος.

Et quandoquidem quod quis agat, nil ſupereſt quam ſuum cuique officium, age, & nos noſtrum agamus, & ego me protinus ab hujus temporis cogitatione ad recordationem adoleſcentiae inſtitutamque ſcriptionem referam. Igitur ego illa aetate cogitans Platonis editionem, ſolebam mihi ipſe juſtae editionis formam deſignare; quam Tibi, jam depoſitum a me hoc opus ſuſcepturo, cognoſcere non inutile ſit.

Editoris munus duabus conſtat partibus, *emendatione* & *interpretatione*. Hoc nunc verbo monuiſſe ſatis eſt; quandoquidem de utroque officio uberius expoſuimus alibi, & nuper in Praefatione ad Plutarchum. Nunc aliud volo. Nam mihi adoleſcenti accidebat, ut, quum utrumque officium Platoni adhiberem, tamen multas eorum partes non perſpicue cognoſcerem: ſentiebam, mihi aliquid deeſſe ad eorum accuratam cognitionem: nec, quale hoc eſſet, intelligebam. Venit mihi tandem in mentem, totum argumentum in ſuas partes diſtribuere. Haec me diſtributio ſponte ad ſingularum cognitionem partium ducebat, mentis involutam notionem explicabat, ut jam intelligerem quid illud eſſet quod mihi defuiſſet, multaeque novae & judicandi & inveniendi viae mihi

*****

ape-

aperirentur. Erat autem distributio a simplici manifestoque hoc principio ducta, omnem emendationis interpretationisque sylvam duobus locis contineri, altero *in ipso scriptore*, altero extra eum *in aliis scriptoribus*.

Ipsum scriptorum bifariam dicimus: primo *ipsum hominem*, quis, quando, ubi, quibus parentibus, qua gente, patria, vitae actione & factis fuerit: deinde, *ejus scripta*. Prioris generis cognitionem saepe etiam ex Literaria Historia percipiunt homines, qui ipsa scriptoris scripta numquam legerunt; quomagis ea nobis & primo loco, & diligenter, tenenda erit. Alterum genus, quod *ipsa scripta* continet, in quorum lectione & accurata intelligentia nobis finis omnis nostrae operae positus est, in tribus cernitur partibus, *dictione*, *materia*, *forma*.

Atque, siquidem ita naturâ comparatum est, ut a verbis ad res proficiscendum sit, primum *dictioni* studebimus: consuetudinem scriptoris, cum in singulis verbis, tum in constructione caeterisque partibus orationis, figuris, sententiis, exemplis, comparationibus, notabimus, indicibus consignabimus, ut paratum habeamus Lexicon, cujus ope scriptorem secum ipsum conferamus & ex ipso interpretemur: quae prima & certissima omnis intelligentiae est via, & totius grammaticae interpretationis fundamentum. Qua in re saepe officium desideravi Editorum, qui suis editionibus nulla verborum Lexica addunt, itaque eas tam necessario intelligendi judicandique subsidio carere sinunt. Habent pleraeque Latinorum editiones Scriptorum: Graecorum paucae: caret Plato: & Aristo-

ſtoteles aliquid amplius deſiderat quam Sylburgianos indices, quamquam laudandos caeterum, ut omnia hujus viri. In Hippocrate exemplum dederat A. Foeſius, egregio opere Oeconomiae Hippocrateae: quod utinam ſecuti eſſent editores Galeni: qui quum propter librorum multitudinem & doctrinae varietatem copioſiſſimis & verborum & rerum indicibus opus haberet, utrosque adhuc exſpectat. Poterat & Weſſelingiani Herodoti quamvis magna commendatio tamen augeri addendo locupletandoque Lexico Herodoteo Aemylii Porti. Igitur Platonis quoque editor gloſſarium Platonicum conficiet, verborum dictionumque, cum eorum, quae in philoſophia, tum eorum, quae in reliquo linguae uſu verſantur. Et prouti Ciceronis in hoc genere duo exſtant ſubſidia, Theſaurus Nizolii & Clavis Erneſti, ita Platonicum gloſſarium utriusque dotes habeat, immo ſuperet etiam, copiam illius, hujus diligentiam. Atque hujusmodi ſingularibus Scriptorum Lexicis paulatim materia congeritur, unde poſteri aliquando Stephanianum Graecae Linguae Theſaurum expleant, vel certe augeant: qui quandocumque & quicumque exſiſtent, certe non ſolis hiſce ſingularibus Lexicis freti opus aggredientur, οἷοι νῦν βροτοὶ εἰσι, Stephani compilatores, ad eum reprehendendum promti, ad imitandum infirmi: ſed vere Grammatici ex heroico illo Stephani genere & aevo, magnas ipſi ſuas ingenii doctrinaeque vires ad materiam locupletandam digerendamque adferent.

In hac lectione neceſſe eſt multae ſe legenti offerant cogitationes, quibus vel ſententiae difficultas ex-

pediatur, vel ſcripturae vitia emendentur: etiamſi unice *dictionis* rationem habuerit. Sed, hac finita lectione, releget ſcriptorem; nam ſaepius legendus eſt. Et priora quidem inventa cum corriget, tum confirmabit: nec dictionis rationem umquam negliget: caeterum, jam ad *materiam* quoque animum propius attendet. Haec univerſe duplex eſt, vel *philoſophiae*, vel *reliquae doctrinae*, quae pertinet ad hiſtoriam, antiquitatem, mores, leges, inſtituta, opiniones, artes ac diſciplinas omnes in omni vitae genere verſatas. Philoſophiam Platonis cognoſcet ex ipſo Platone: cavebit ſibi ne judicium ipſe ſuum occupet eique inculcet aliquod compendium Philoſophiae Platonis, qualia feruntur & Veterum quaedam, veluti Apuleji, Diogenis Laertii, Alcinoi, & plura recentiorum de *philoſophiae hiſtoria* Scriptorum. Nunc ipſum Platonem leget: illa compendiorum adminicula relinquet minutis illis & acutulis μετεωροφένακι, ſublimis ſcilicet ſapientiae captatoribus: qui quum ſibi & philoſophi & neſcio quid videantur, tamen deſiderant, ſaepe etiam poſtulant ab iis, qui Platonem diligenter tractant, ut breve compendium ejus philoſophiae conſcribant, circumciſis omnibus ambagibus; nam eum habere tam multa a propoſito aliena, ut magni laboris ſit ad ſententiae cognitionem pervenire. Equidem memini me aliquando in iſtiusmodi flagitatores incidiſſe. Et Tu fortaſſe quoque incideris, mi Heusde. Nec deſunt qui iſtorum deſideria probent. Vidimus aliquando viros doctrinae tuendae ſocios, certamen ac praemium proponere diſceptandae quaeſtioni, quomodo

poë-

poëta Belga, id eſt, homo Belgica lingua verſus ſcribens, vel ſcripturus, Graecae linguae expers, ad Homeri intelligentiam pervenire poſſit. Haud mirer ſi aliquando proponatur, quomodo philoſophus Belga, Graecae linguae expers, ad Platonis intelligentiam pervenire poſſit. Tu, ſi forte in certamen deſcendes, videbis quid reſpondeas. Ego non deſcendam. Sed inter nos reſpondeam, neque Homeri, neque Platonis ſcripta, quemquam intelligere niſi Graecae linguae accurate intelligentem. Si nil niſi facta quaerimus, ut in hiſtoria, poſſit ſane ſcriptor in vulgarem linguam verti: ſed ita, ut pereat omne orationis lumen & acumen, omnis affectus ſenſusque dictionis, omnis gratiae venuſtatisque flos: quae omnia ſingulis verbis & conſtructione continentur, nec alia in lingua pariter exprimi poſſunt: veluti ex magno intervallo pulcri corporis non niſi univerſam faciem extremis quaſi lineis deſignatam videmus: peculiares pulcritudinis partes, os, oculos, obtutum, lineamenta, vultum, colorem, animi morumque ſignificationem, non videmus. Neque adeo facta ipſa recte intelligere poſſumus, ſine cognitione opinionum, inſtitutorum, morum, omnium omnino rerum illius aetatis. Neque vero nos invidemus hujusmodi interpretationes hominibus Graecae linguae & antiquitatis ignaris: ſed eosdem inde de ſcriptoribus rebusque Graecis judicare, vel ridemus, vel miſeramur, certe miramur, qui ignorantiam ignorantia cumulent, nec vereantur prodere ſe neſcire, quid ſit judicare. *At*, inquiunt, *quaerimus nucleum, non putamina.* Vos vero, ut pueri, nucibus luditis:

quasi vero ista similia sint: aut quasi ad nucleum nisi per putamen aditus sit: aut quasi id, quod vos putamen vocatis in scriptore, id est, vestitus & forma orationis, non item sit pars sententiae & nutrimenti. Et vero, cum ipse Plato est poëta, tum multa assumsit a poëtis, ut a nemine intelligatur, nisi Graece legatur. Neque tamen omnis Graece doctus intelliget Platonem. Ad linguae accuratam cognitionem accedat oportet proprium quoddam legentis ingenium, studium, judicium: quibus instructus esse debet Platonem vel intellecturus, vel editurus. Hic igitur philosophiam ejus cognoscere studebit, ut primo cujusque dialogi & argumentum & consilium perspiciat: deinde tres antiquae philosophiae partes distinguat, & unicuique suum ac proprium det locum, Logicae, Ethicae, Physicae: subjectas singulis partes discernat: Logicae, Dialecticam, Oratoriam, Poëticam, Grammaticam, Criticam: Ethicae, locos de Principiis, Virtutibus, Finibus, Officiis, Summo Bono: Physicae, de rebus Divinis, Humanis, Animo, Corporibus, & commune fundamentum Metaphysica. Platonis de philosophia sententias quasque in hos locos digeret: expletis singulis locis, sententias in iis notatas inter se comparabit, ordinabit, & ad quamdam doctrinae rationem disponet. Reliqua materia multiplex, nec solum caeteras, praeter philosophiam, disciplinas, sed omnem historiam & antiquitates, omnium in omni vita rerum varietatem, sacrarum, civilium, bellicarum, domesticarum, complectitur: quae ipsae in Excerptis suo quaeque loco notandae sunt. Hanc

ego

ego rationem in Platone mihi ſequendam deſignavi breviter adoleſcens: poſtea in Plutarcho factitavi, non ſine magno meo quidem fructu. De uno etiam indice monendum generis hiſtorici illius, quo continentur nomina propria hominum, non modo Scriptorum, ſed aliorum qui vel colloquentes inducuntur, vel alia quacumque cauſſa memorantur. Horum nomina & res, cum ex Platone, tum aliunde, colligendae, & ad quamdam notitiae perſpicuitatem conſtituendae ſunt: veluti in Proſopographia Codicis Theodoſiani factum a magnis viris Jac. Gothofredo & D. Rittero. Habet haec opera magnum momentum cum ad auctoris intelligentiam, tum ad multos hiſtoriae locos explendos.

Tertium eorum, quae in ipſo ſcriptore cernuntur, eſt *forma*. Plato uſus eſt *forma dialogorum*. Hac offenduntur minuti philoſophi compendiorum angustiis aſſueti: eamque puerilem, non virilem eſſe rationem dictitant. Imperite, ut omnia. Non intelligunt quid in docendi via ſit virile, quid puerile: & dialogum confundunt cum catechiſmo. Nunc videmus iſtos viriles ſcilicet philoſophos ſuam ſapientiam libellis conſcribere, ubi magiſter breviter, ut ignorans, interrogat, diſcipulus docte & copioſe reſpondet. Inepte, profecto, nec naturae convenienter. Niſi forte dicant, interrogationem magiſtri nil aliud eſſe, niſi titulum capitis. Quid igitur attinebat hoc *dialogum* vocare, quod potius inculcamentum vocandum erat. Videmus eosdem iſtos, quum in reprehendendis contemtoribus ſuis faceti & feſtivi eſſe volunt, colloquia ſcribere, inficeta quidem illa & hor-

horrida, nec enim aliter poſſunt: ſed colloquentibus antiqua nomina imponentes, ſubito ſibi ſuisque germani Socratici videntur: a doctis ridentur, ut ille in proverbio aſinus ad lyram ſaltans. Ne igitur aut dialogum pro puerili luſu; aut puerilem ſtultitiam interrogando reſpondendoque diſtinctam pro dialogo habeamus. Sed hoc docendi genus quam ob cauſſam & qua ratione Plato uſurpaverit, accuratius exponendum videtur; ſi forte reprehenſores iſti aliquando rectius judicare diſcant.

Ante Platonem qui dialogos ſcripſerint philoſophi, incertum eſt. Alexamenum Tejum primos ſcripſiſſe Socraticos dialogos prodidit Ariſtoteles libro perdito de Poëtis, unde hanc mentionem retulerunt Athenaeus XI, p. 505, C, & Diogenes Laertius, III. 48: qui idem primum dialogos feciſſe perhibet Zenonem Eleatem, ſed nullo ille auctore: διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην. Plato an Xenophon prior Socraticos ſermones ediderit, quaeri poſſit. Sed haec nunc exquirere nil attinet. Illud inter omnes conſtat, Platonem primum omnes philoſophiae partes adhuc diſperſas complexum, uno doctrinae vinculo ligaſſe, dialogorum formâ conſignaſſe, eamque formam ad artis rationem & veriſimilitudinem communis vitae excoluiſſe. Nam, ut aliarum rerum, ita philoſophiae primi ſcriptores fuerunt poëtae, ligata certe oratione ſcripſerunt. In quibus ne memoremus Orpheum, Muſaeum, Heſiodum, quorum ſub nominibus ſpuria ferebantur carmina: certe germana fuerunt Xenophanis, Parmenidis, Empedoclis. Sed hoc ſcribendi genus, quippe adſtrictum neceſſitati mo-

modorum, quum excluderet facultatem subtiliter disserendi, definiendi, argumentandi; factum est, ut philosophi paulatim prosa scriptione uterentur. Et antiquissimorum quidem in hoc genere, quos aliquid scripsisse constet, Pherecydis, Anaximandri, Anaximenis, Anaxagorae, Zenonis Eleatae, Gorgiae, Melissi, Protagorae, Prodici, aliorum, libri ita perierunt, ut ne tantum quidem superstit unde eorum de oratione judicetur. Aliquanto plures exstant reliquiae Heracliti, qui legentibus sententias magis divinandas, quam intelligendas, objecit. Multae sunt Pythagoreorum Disputationes, Logicae, Ethicae, Physicae, cum differendi diligentia & orationis gravitate. Haud paucae ad nos venerunt, non quidem disputationes, sed breviores sententiae, Democriti: cujus de omni philosophia, excepta Logica parte, fuerunt libri, insigni orationis ornatu; ut essent qui hoc nomine eum & Platonem, potius quam Comicos, in poëtis habendos censerent: quod est apud Ciceronem, Oratore, 20: *Itaque video, visum esse nonnullis, Platonis & Democriti locutionem, etsi abest a versu, tamen, quod incitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëma putandum, quam comicorum poëtarum: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.* Sed Plato nullam fecit Democriti mentionem: quamquam poterat per aetatem. Hujus silentii quaecumque fuerit causa, certe in orationis ornatu consectando, habuit quorum exemplum sequeretur, Democritum & Pythagoreos: & aliquanto plus hac etiam in re vidit. Vidit prosam philosophiae orationem

nimio intervallo a poëseos similitudine avulsam, propius denuo ad eam revocandam esse. Hoc effecit dialogo adhibendo: itaque philosophiae institutioni motum vitamque adjunxit: nec differendi diligentiae quidquam detraxit: immo accuratius eam ad humanae captum naturae accommodavit. Exemplo in primis ei erant sermones magistri sui Socratis: exemplo poëtae, tragici, comici, mimici. Igitur & poëseos genera in dialogorum varietate apparent. Alii enim, ut epicum genus, sunt διηγηματικοὶ, narratione continentur, interposito *inquam* & *inquit*: alii δραματικοὶ, in quibus colloquium agitur, non narratur: alii ad tragoediae sublimitatem assurgunt, alii ad comoediae similitudinem & vitae quotidianae exemplum compositi sunt. Hoc debebat cogitare, excellentis ille ingenii doctrinaeque scriptor Dionysius Halicarnasseus, sed idem in Platonem iniquior, vetere oratorum erga philosophos odio, in primis Platonem, cujus, & alibi, & maxime in Gorgia, judicium de civili eloquentia, omnibus deinceps & oratoribus & rhetoribus sedit alta mente repostum. Hic ergo Platonem in genere *tenui* summis laudibus affecit, in *sublimi* ut puerilem reprehendit: ejusque causssae documentum adfert dialogum Phaedrum, in quo utrumque genus exstat: illud egregie, hoc perperam, tractatum affirmans. Quod, nisi invidia occupatus, affirmare nemo possit. Quis enim integro judicio ad illius libri lectionem accedens, non sentiat omnia apta inter se & continuata eodem verisimilitudinis nexu, omnia in utroque genere cum argumento, loco, tempore, re ipsa, pariter convenire tan-

tantum, quantum in ficto colloquio fieri poteſt; ut legentis ſenſus nusquam quidquam vel ineptum, vel abſurdum, vel intempeſtivum offendat, ſed ubique Platonem, κεκηλημένος καὶ συνενθουσιῶν, delinitus eodemque divinitatis ſpiritu afflatus, ſequatur. Sed Tu Dionyſii locum, jam antea Tibi lectum, in tuo ipſe exemplo relege; eſt enim longior quam qui hic apponatur: exſtat in *Epiſtola ad Pompejum* Cap. II, p. 203 ed. Hudſon: & partim repetitus in *Judicio de Demoſthene* Cap. VI, VII, p. 271: & eumdem locum jam poſuerat in parte nunc perdita operis *de Oratoribus Atticis*. Tanti ei videbatur iſtam Platonis reprehenſionem ubique inculcare.

Et quod dixi, Platoni exemplum colloquii etiam poëtas praebuiſſe: certe utrumque genus jam philoſophiae adhibuerant ſcenici, tragicus Euripides, comicus Epicharmus. Et mimorum ſcriptorem Sophronem diligenter lectitavit Plato; quo magis dialogos ipſe ſuos ad veriſimilitudinem & communis vitae ſpeciem formaret. Quam quidem laudem mirifice explevit. Differunt enim hujus dialogi ab aliis & Socraticorum & aliorum omnium philoſophorum dialogis tantum, quantum viva corpora a ſtatuis. Nam ut Xenophon ſententiam Socratis verius ſinceriusque tradat: certe Plato rationem Socraticam diſertius exprimit: dico ironiam, urbanitatem, facetias, imaginem quotidianae conſuetudinis ac ſermonis, tum illam differendi viam accommodatam vel ad errores vanorum hominum confutandos, vel ad ſtudia discentium juvanda, &, quaſi obſtetricis inſtar, ex parturientibus eorum ingeniis notiones involutas eli-

ciendas. Porro, dialogus Platonis habet fere justi magnitudinem dramatis, partes, descriptionem, ingressum, progressum, digressiones, exitum: habet interrogandi respondendique vices ita probabiles, ut ex ipsa humana natura expressae videantur, nil de industria quaesitum appareat: habet sensum affectumque, jocandi viam urbanam, venustam, verecundam. Et credibile est, jam ipsius Platonis aetate lectionem librorum ejus frequentatam multum valuisse ad conversionem veteris comoediae, ut sal Atticus, quem *Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poëtae, Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est*, multum quidem & acrem, sed acerba suffusum bile, gerebant, paulatim per mediae poëtas comoediae, tum novae in primis Menandrum, ab his labibus purgaretur, & ad germanam Atticam festivitatem elegantiamque redigeretur. Plato in plerisque omnibus suis scriptis dialogi formam tenuit, exceptis Epistolis & duabus Orationibus, Apologia Socratis & Epitaphio; quamquam & hujus principium & caussa repetitur a colloquio Socratis cum Menexeno. Qui postea fuerunt philosophi multum ex illa dialogi frequentia remiserunt: velut Speusippus, qui Platoni in Academia succesſit, teste Diogene Laertio, IV, 4, 5, καταλέλοιπε πάμπλειστα ὑπομνήματα, καὶ διαλόγους πλείονας, *reliquit plurimos commentarios, & complures dialogos:* non, ut vulgatus interpres reddit, *complura commentaria, & dialogos plurimos:* neque enim πλείονα plura sunt quam πάμπλειστα: valet hujusmodi hyperbole apud eos, qui oratorie loquuntur, in significanda praecipue amoris magnitudine: veluti illud fuit, quod

quod in clauſula librorum de Officiis vidimus: *Vale, mi Cicero, tibique perſuade, eſſe te mihi quidem cariſſimum, ſed multo fore cariorem, ſi talibus monumentis praeceptisque laetabere.* Plinii minoris, quem primis his feriarum diebus relegi, Panegyrici, 86, 6: *ut maximo fructu ſuſcepti, ita majore depoſiti officii gloria fruitur.* 92, 5: *principem abſtulit peſſimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit.* Epiſtolarum II, 6, 7: *quae cum ſint turpiſſima diſcreta ac ſeparata, turpius junguntur.* V, 18, 1: *Neque enim dubito eſſe amoeniſſimam villam, in qua ſe compoſuerat homo felicior antequam feliciſſimus fieret.* In Laertio qui proprie loqui ſolet, alia eſt ratio. Subjicit enumerationem dialogorum, & ὑπομνημάτων multitudinem numero verſuum 43475 definit: quo in loco notandum eſt, ὑπομνήματα eſſe *libros nondum ad editionem expolitos*, & in his quoque cenſendos eſſe τοὺς ὑπομνηματικοὺς διαλόγους. Sed & hujus & deinceps reliquorum, excepta parte librorum Ariſtotelis & Theophraſti, ac nonnullis Epicuri & Chryſippi fragmentis, reliquorum igitur ad Ciceronem usque philoſophorum ſcripta perierunt, nec tantum ex iis ſervatum eſt, unde eorum de oratione & forma judicetur. Ex horum numero complures fuiſſe qui dialogos ſcriberent, credibile eſt. Et nominatim quidem omnes recenſere, non eſt hujus loci: ſunt certe, quorum dialogi memorentur, praeter Socraticos: *Heraclides Ponticus*, apud Ciceronem, Attic. XIII, 19: *Dicaearchus*, apud eumdem, Tuſc. I, 10: forte *Ariſto Chius*, apud eumdem De Senectute, 1: *Clearchus*, in Euſebii Praep. Evang. IX, p. 409, ex Jo-

Digitized by Google

ſepho contra Apionem I, 22: *Stilpon*, apud Diogenem Laertium II, 120, & Suidam.

De Ariſtotele diligentius dicere juvat; quod hunc locum brevius attigi in Praeceptis Philoſophiae Logicae III, 1, 9, & meam ſententiam a nonnullis non recte intellectam animadverti. Ac primum quidem ex Ammonio, Hermiae filio, cui debemus accuratiſſimam librorum Ariſtotelis diſtributionem, in Commentario ad Categorias propoſitam p. 4. edit. Ald. eam deſcriptionis partem, quae ad dialogos pertinet, Latine & ſummatim apponamus. Igitur ſecundum formam uſumque ſcripta Ariſtotelis bifariam dividebantur „ ut eſſent, vel *συνταγματικὰ*, id eſt, „ opera compoſita, deſcripta, abſoluta ad editionem „ aliorumque cognitionem: vel *ὑπομνηματικὰ*, quae „ Latine dicantur *commentarienſia* aut *commentaria*, „ quae nondum ad editionem conformata, tantum„ modo adverſaria & materiam ſcribendi libri con„ tinerent. Συνταγματικὰ duplicis fuerunt generis: „ alterum, *αὐτοπρόσωπα* & *ἀκροαματικὰ* dicta, in „ quibus e ſua ipſe perſona diſſerens ad germanos „ auditores *ἀκροατὰς*, ſententiam ſuam explicabat „ per accuratiſſimas demonſtrationes, ac difficiliores „ illas intellectu aliis hominibus: alterum *διαλογικὰ* „ & *ἐξωτερικὰ* dictum, in quibus ſub alieno nomine, „ veluti Plato factitaverat, alienam perſonam agens, „ ſuam ſententiam exponit non accuratis demonſtra„ tionibus, ſed facilioribus rationibus ad commu„ nem multorum captum comparatis.” — Haec ita ſunt accipienda, non ut omne *ἐξωτερικὸν* genus dialogis conſcriptum fuerit, ſed ut omnes dialogi *ἐξω-*

τε-

τερικοῦ generis fuerint. Eodem valet teſtimonium Simplicii in Commentario ad Ariſtotelis Phyſica, Libr. I, p. 2, lat. 2: Διχῇ δὲ διηρημένων αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων, εἴς τε τὰ ἐξωτερικὰ, οἷα τὰ ἱστορικὰ καὶ τὰ διαλογικὰ, καὶ ὅλως τὰ μὴ ἄκρας ἀκριβείας φροντίζοντα, καὶ εἰς τὰ ἀκροαματικὰ, ὧν καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ πραγματεία, ἐν τοῖς ἀκροαματικοῖς ἀσάφειαν ἐπετήδευσε, διὰ ταύτης τοὺς ῥᾳθυμοτέρους ἀποκρουόμενος, ὡς παρ' ἐκείνης μηδὲ γεγράφθαι δοκεῖν: quibus in verbis ultimis ἐκείνης mutandum in ἐκείνην, id eſt, *per illam*, *propter illam obſcuritatem.* Noſti enim hunc uſum Praepoſitionis παρὰ cum Accuſativo. Locum ſic reddam: „ Quum autem Ariſtotelis ſcripta biſariam dividantur, in *exoterica*, veluti hiſtorica, „ dialogica, & omnino ea, in quibus non ſumma de„ monſtrandi diligentia adhibetur: & in *acroamatica*, „ ex quibus & haec Phyſica ſunt; in acroamaticis „ obſcuritati ſtuduit, per hanc inertes a ſe rejiciens, „ ita ut propter hanc ipſam obſcuritatem ne ſcripta „ quidem videantur." Illud ἀποκρουόμενος plane convenit cum Ciceronis dicto ad Trebatium in Topicis, 1: *Sed a libris (Ariſtotelis) te obſcuritas rejecit.* Et quum de his, quae ad nos ſervata ſunt, Ariſtotelicis ſcriptis diſſentiant homines docti, quae ſint ſcripta in acroamatico genere cenſenda, quae in exoterico; minus incertus erit cenſus ſecundum perſpicuitatem: quo quidem cenſu pleraque ſcripta in genere acroamatico vel hypomnematico erunt habenda. Neque dubium eſt, quin hypomnematici generis major etiam fuerit obſcuritas; ſi quidem hoc genus nec ab initio

ad

Digitized by Google

ad editionem & perſpicuitatem conformatum ab Ariſtotele, deinde cum hujus ac Theophraſti libris in Aſiae urbe Scepſo ſitu ac putredine corruptum, ita Athenas, inde Romam venit: ibique primum editum eſt ex laceris iſtis ac deroſis voluminibus. Equidem in hypomnematico genere quoque cenſeam libellum, qui hodieque exſtat, *de Poëtica*, inchoatum illum ad modum commentarii, poſtea tribus libris περὶ ποιητῶν ab Ariſtotele conſcriptum & editum, nunc perditis. Sed de iſta calamitate librorum Ariſtotelis ac Theophraſti, luculenta exſtant teſtimonia Strabonis XIV, p. 906, & Plutarchi in Sulla, p. 468, B: nec plura dicere attinet. Illud non eſt praetereundum, libros Ariſtotelicos ac Theophraſteos per illam Romae factam editionem jam Ciceroni ejusque aequalibus innotuiſſe: ac deinde frequentatos fuiſſe, exotericos quidem usque ad exſtincta veteris philoſophiae ſtudia juſſu Juſtiniani Caeſaris, ac deinceps: acroamaticos etiam diutius per totum Medii Aevii ſpatium, ſubinde non modo a Graecis tractatos, ſed ab Arabibus & Latinis in ſuas utrisque linguas converſos & inſano ſtudio cultos. Igitur qui hodieque exſtant libri Ariſtotelis in genere Logico, Ethico, Phyſico, longe maximam partem ſunt acroamatici: exoterici perierunt plurimi, in his etiam Hiſtorici veluti De Rebuspublicis, & Dialogi. Et ex his adeo non niſi duo ſervati ſunt longiores loci, nec tamen ſatis ad Ariſtotelici formam Dialogi cognoſcendam: alter, ex Eudemo, cui libro argumentum fuit περὶ ψυχῆς, ſervatus a Plutarcho in Conſolatione ad Apollonium p. 115: alter ex illo περὶ εὐγενείας, ſed forte ſpurio, rela-

relatus a Stobaeo Serm. LXXXIV & LXXXVI. Et si qui alii Aristotelis dialogos memorant, breviore sane defunguntur mentione, quam ut inde horum cum Platonicis aliisque Socraticis dialogis similitudo aut dissimilitudo definiatur. Nam aut verbo eos attingunt: veluti Dio Chrysostomus Orat. LIII, p. 553, C: — *Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν, ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ διέξεισι, θαυμάζων αὐτὸν, ὡς τὸ πολὺ καὶ τιμῶν*: hinc nil aliud colligatur, nisi Aristotelem multis in dialogis *de Homero* disseruisse: non item, hoc fuisse ipsum illis dialogis nomen & argumentum. Themistius Orat. XXIII, p. 295, D, meminit Aristotelis dialogum nomine *Corinthium*, inque eo inductum agricolam Corinthium, qui Platonis Gorgiam legisset. Plutarchus Adversus Colotem p. 1115, B, narrans Aristotelem ubique Platonis sententiam de ideis exagitasse, scribit: *Τάς γε μὴν ἰδέας, περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, πανταχοῦ κινῶν ὁ Ἀριστότελης, καὶ πᾶσαν ἐπάγων ἀπορίαν αὐταῖς, ἐν τοῖς ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς φυσικοῖς, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων, Φιλονεικώτερον ἐνίοις ἔδοξεν ἢ Φιλοσοφώτερον ἔχεσθαι τῶν δογμάτων τούτων, ὡς προθέμενος τὴν Πλάτωνος ὑπερείπειν Φιλοσοφίαν*' ita corrigendus hic locus: quem in nostra editione ita posuimus, ut pro *διαλέγων* daremus *διαλόγων* ex antiquis codicibus: caeterum *ἔχεσθαι* pro *ἐκ*, & *ὑπερείπειν* pro *ὑπεριδεῖν* corrigendum moneremus. Ne vero aliquis per hanc Plutarchi mentionem inducatur in eam opinionem, ut putet, duplex fuisse genus dialogorum Aristotelis,

* * * * * *

exo-

exotericum & *esotericum*; nam eadem ratione quis colligat, Aristotelem tantummodo in ethicis & physicis *commentariis*, *ὑπομνήμασι*, non item in ethicis & physicis *συντάγμασι*, *editis libris*, illam Platonis sententiam reprehendisse. Falso. Nam dixit Plutarchus Aristotelem hoc factitasse *παντάχοῦ*, deinde amplificandi causa quaedam genera librorum Aristotelis recenset: nec opus erat omnia recensere genera: neque exigenda est ab eo, tamquam a jurato teste, absoluta omnium generum enumeratio & quasi confessio. Quamquam frequens est haec iniquitas & *ἀκρισία* etiam apud eos, qui se Criticos haberi volunt.

Cicero denique, qui bis Aristotelicorum orationem dialogorum memoravit, ejus vix unam partem significavit; & hanc quoque tam breviter, ut alter alteri locus repugnare videatur. Sed operae pretium est, ipsos apponere locos, si forte eorum contentione aliquid huic argumento lucis eliciamus. Igitur in Epistolis Ad Div. I, 9, §. 67, scribit ad Lentulum: *Scripsi igitur Aristoteleo more, quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo De Oratore: quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles; abhorrent enim a communibus praeceptis, &* (ita recte Ernestus reposuit pro vulgato *ac*) *omnem antiquorum, & Aristoteleam & Isocrateam rationem oratoriam complectuntur.* Hoc loco nil apparet dilucidius posse dici: *Aristoteleam & Isocrateam rationem oratoriam* dicit ipsa eloquentiae praecepta ex his duabus principibus scholis sumta: quarum laudes praedicat ipse De Inventione II, 2. *Aristoteleo more in disputatione ac dialogo*, signi-

ſignificat ipſam differendi ac dialogi formam: cujus formae certe ea pars Ciceroni cum Ariſtotele communis eſt, quod ſcriptor non ex ſua ipſe perſona loquitur, ſed alios loquentes inducit: veluti Cicero in libris De Oratore Craſſum, Antonium, Catulum, Caeſarem, differentes facit: atque item Ariſtotelem factitaſſe, ex illis Ammonii verbis colligi debet: — διαλογικὰ δὲ, ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραφεν, ἀλλ', ὥσπερ ὁ Πλάτων, ὑποκρινόμενος ἑτέρων πρόσωπα. — Nam & Plato nuſquam in ſuis ipſe libris ſuo nomine loquitur. Altero loco contrarium videtur aſſerere Cicero, Attic. XIII, 19, quaſi libros De Finibus more Ariſtoteleo ſcriptos affirmet, eos De Oratore contra: *Sunt etiam De Oratore noſtri tres, mihi vehementer probati: in eis quoque eae perſonae ſunt, ut mihi tacendum fuerit. Craſſus enim loquitur, Antonius, Catulus ſenex, C. Julius frater Catuli, Cotta, Sulpicius: puero me hic ſermo inducitur, ut nullae eſſe poſſent partes meae. Quae autem his temporibus ſcripſi,* Ἀριστοτέλειον *morem habent: in quo ſermo ita inducitur caeterorum, ut penes ipſum ſit principatus: ita confeci quinque libros* περὶ τελῶν; *ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni,* περιπατητικὰ *M. Piſoni darem.* Hic locus, ut ex Epiſtolis ad Atticum, corruptiſſimo omnium Ciceronis operum, cedere debet priori loco, ut operis multo magis emendati, praeſertim confirmato auctoritate Ammonii. Nec difficile eſt excogitare mutationis aliquid, quo haec verba cum illis in conſenſum redigantur. Nos quidem iſtud aliis relinquimus: neque enim ii ſumus, qui omnem mutationem

Digitized by Google

emendationis instar censeamus. Igitur hoc unum tenemus: in ista duorum locorum repugnantia auctoritatem prioris graviorem esse reputandam. In reliquis *ἐπέχομεν*.

Caeterum diversitatem dialogi Aristotelici a Platonico insignem notat eruditus ac disertus ecclesiae doctor, Basilius cognomine Magnus, in Epistola CLXVII, Tom. Opp. III, p. 187, C: — *τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες, Ἀριστοτέλης μὲν καὶ Θεόφραστος εὐθὺς αὐτῶν ἤψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν. Πλάτων δὲ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου ὁμοῦ μὲν τοῖς δόγμασι μάχεται· ὁμοῦ δὲ καὶ παρακωμῳδεῖ τὰ πρόσωπα· Θρασυμάχου μὲν τὸ θρασὺ καὶ ἴταμον διαβάλλων· Ἱππίου δὲ τὸ κοῦφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον· καὶ Πρωταγόρου τὸ ἀλαζονικὸν καὶ ὑπέρογκον. ὅπου δὲ ἀόρισα πρόσωπα ἐπεισάγει τοῖς διαλόγοις, τῆς μὲν εὐκρινείας ἕνεκεν τῶν πραγμάτων κέχρηται τοῖς προσδιαλεγομένοις, σύδὲν δὲ ἕτερον ἐκ τῶν προσώπων ἐπεισκυκλεῖ ταῖς ὑποθέσεσιν, ὅπερ ἐποίησιν ἐν τοῖς Νόμοις.* Ex hoc loco, non satis intellecto, fluxit pervulgata opinio, Aristotelem primo dialogos scripsisse, deinde scribere desiisse, quod Platonis & Xenophontis copiam & venustatem aequare non posset. Quam opinionem, ut probans, repetiit vir, quamvis magnus, J. A. Ernestus in notula ad Ciceronis l. c. Attic. XIII, 19, nulla tamen alicujus auctoris facta mentione. Latinus interpres Basilii *εὐθὺς αὐτῶν ἤψαντο τῶν πραγμάτων*, reddit: *mox rectam tractationem rerum aggressi sunt*: perperam, certe ambigue; quasi hic sit sensus: *mox, relicta dia-*

lo-

logorum ſcriptione, ſe ad alteram differendi formam, quae res ipſas ſimpliciter & continua diſputatione perſequitur, retulerunt. Atqui Baſilius loquitur de forma dialogorum Ariſtotelis ac Theophraſti, quae non, ut Platonis, dramatico artificio ab initio ad finem deducta & perſonarum morumque notatione diſtincta erat: ſed ipſum argumentum ſtatim adgrediebatur: qualem in Xenophonteis item dialogis exſtare videmus, iis quidem, qui in Memorabilibus Socratis conſignati ſunt.

Sequitur, ut de iis dicamus emendandi interpretandique fontibus, qui extra Auctorem ex aliorum lectione Scriptorum proficiſcuntur. Igitur aliorum Scriptorum triplicem ſequemur diſtributionem; ut eos ſpectemus primum *univerſe*, deinde *peculariter* in duplici aetate; altera eorum, qui poſt Auctorem, altera eorum, qui ante eum fuerunt. Atque totus hic locus, quamvis late patens, omnem antiquorum Graecorum Latinorumque ſcientiam monumentorum complectens, nunc brevi admonitione contentus erit.

Et primo quidem, qui Platonem cum fructu perlegere velit, nemo ad eum accedit, niſi lectis poëtis, Homero, Heſiodo, Pindaro, Tragicis, Ariſtophane, & ex proſae orationis ſcriptoribus certe Xenophonte. Lecto demum Platone, reliquos omnes perſequetur: in iisque, ut item in Platone factitaverat, duplex cognitionis genus colliget, *linguae* & *rerum*. Ad utrumque recte perſpiciendum adhibebit etiam recentiorum libros, cum Grammaticorum & Criticorum, tum Antiquariorum. De illis plura di-

Digitized by Google

cere nil nunc attinet. De his unum satis sit monuisse, horum delectum accommodandum esse ad argumenta ea, quae Plato, vel tractavit, vel attigit. Igitur & omnis historia tenenda est, & formae civitatum, leges, mores, instituta, consuetudo in omni vitae genere, cum publico, tum privato: & artes a Graecis cultae, cum mathematicae, tum aliae, sive bellicae sive civiles, musicae, gymnasticae, similes, cognoscendae sunt ad eum certe modum, qui valeat ad Platonis frequentes in his argumentis locos interpretandos. Nam de philosophia, quae est proprium & perpetuum Platoni argumentum, quid moneamus futurum editorem? Et monuimus supra, eam ex ipso Platone colligendam esse. Neque vero colligere eam poterit, nisi ipse adferat aliquam philosophiae cognitionem exercitationemque jam antea perceptam. At cujus philosophiae, antiquae an novitiae? Utriusque, si fieri possit: sin minus, certe antiquae, ut magis conjunctae cum Platone. Sed volo in primis dialecticam: cujus expers τυφλοῦ πορείᾳ oberrat, ut ipse dixit Plato: volo item physica & mathematica, volo etiam ethica: sed haec omnia hactenus, quatenus vel explorata vel verisimilia sunt, & ad vitae usum conducunt: nam quae supra hunc modum ad intelligibilia abstractaque, uti vocant, rerum principia adscendere se profitetur metaphysica doctrina, magis historice quam dogmatice assumenda, ut magis videamus quid alii statuerint, quam ut ipsi aliquam statuendi necessitatem suscipiamus. Igitur is, quem quaerimus, Platonis interpres, philosophiae, veluti aedificii, partes ac membra ita teneat, ut sciat quae

sit

Digitized by Google

ſit eorum magnitudo & quaſi ſupellex, ut judicare poſſit, qui in iis vel inſtruendis, vel amplificandis operae pretium, qui ſecus fecerint, quid actum, quid agendum, ſit. Et hujusmodi cognitione ſatis munitus, non ſe moveri, aut a propoſita via deduci patietur clamoribus magiſtellorum noviſſimae cujusque ſectae, vaticinantium, ſuam demum ſectam ſolam & unice veram eſſe, hanc tenendam, ſi quis Platonem interpretari velit. Tale memini eſſe ſaeculum ineuntis meae adoleſcentiae. Intereram ſermoni doctorum hominum: incidebat mentio Ariſtotelis: erant qui dolerent, eum contemtum jacere, nec nova editione ornari: horum aliquis, *Atqui novus*, inquit, *Ariſtotelis editor debet ſimul & Graecae linguae & philoſophiae bene peritus eſſe: is nunc unus eſt J. A. Erneſtus.* Tum alius, isque juratus Wolfianus, *Immo*, ait, *Erneſtus Graecae quidem linguae peritiſſimus eſt, ſed philoſophiae ignarus.* Mirantibus reliquis temeritatem hominis, & commemorantibus, quos de philoſophia libros ſcripſiſſet Erneſtus; *Enimvero*, inquit iſte, *Erneſtus ſubinde Wolfium reprehendit, quem cum ratione nemo reprehendere poteſt; igitur prodit ſe aut non legiſſe Wolfium, aut non intellexiſſe; utrumvis ſit, peritus philoſophiae haberi nequit.* Hic alii acutiores indoctam hominis ſimplicitatem ridere: unus eum leniter admonere: *Heus tu*, inquit, *o bone; philoſophiae peritum non eum dicimus, qui unius alicujus magiſtri ſectam cognovit, in eamque juravit: ſed eum, qui plurimas, quoad ejus fieri poteſt, cognovit, iisque tractandis & cenſendis judicium ac delectum adhibuit. Et in aliis diſciplinis eamdem rationem tenemus.*

Digitized by Google

mus. Veluti in Medicina, Jurisprudentia, atque adeo in Theologia, ut item in Philosophia multae deinceps fuerunt sectae: si quis igitur, ut hoc utar, in Medicina, recentissimi alicujus & famigeratissimi medici methodum amplexus, hanc solam dictitet veram, reliquas ignoret & contemnat, is ineptus sane sit & a prudentioribus rideatur. Ipsa quaeque doctrina manet: sectae nascuntur & pereunt ut homines. Recte ille & vere. Ita fuit, ita & nunc esse videmus, ita erit. Semper novitatis cupidi erunt homines. Et quod de musica dixit Homerus, Od. A. 351:

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

item de aliis valet studiis, valet de philosophia, quam Plato noster τελειοτάτην μουσικὴν appellavit. Quot quantaeque fuerunt in Graecorum philosophia sectarum varietates? Quot quantaeque in quavis secta novae sectae, tamquam ex majore rivo minores rivuli? Harum nulla fuit tam tenuis & exilis, quin ultimus quisque ejus doctor a discipulis admiratoribusque suis victor aequalium ac priorum omnium, & solus veritatis inventor ferretur. Medio Aevo in Scholastica philosophia fuerunt Realistae & Nominalistae: utrorumque multae sectarum subdivisiones: uniuscujusque sectae antistes supra quam humanis honoribus celebrabatur: alius erat doctor *Angelicus*, alius doctor *Seraphicus*, alius doctor *Irrefragabilis*: alii aliis nominibus, omnes deorum instar, colebantur. Sed erat haec divinitas brevissimi temporis: de-

Digitized by Google

dejecto priore deo, novus inducebatur: qui, quum suam aetatem expleviſſet, item deſertus, novo ipſe deo locum fecit. Et recentiore aevo eadem fabula, aliis actoribus, deinceps repetita eſt: viderunt eamdem agi majores noſtri, vidimus ipſi, videbunt poſteri. Spectatores prudentes fabulam agi ſciunt: imprudentes, tamquam pueruli in ſcena, veram rem videre ſe putant, moventur, inſaniunt, clamant nunc demum veritatem oſtenſam patefactamque apparere. Adeo verum eſt quod dixit Cicero de hiſtoria, *eam neſcire, idem eſſe, ac ſemper eſſe puerum.* Et iſti omnino dupliciter pueri, ut in proverbio eſt, δὶς παῖδες, reperiuntur. Primum, hiſtoriam ignorantes philoſophiae, a noviſſimae cujusque ſectae auctore capiuntur: deinde, prouti pueruli, ſimiarum inſtar, viros imitantur, ſic iſti illius auctoris verba crepant. Sed miſſum faciamus iſtud *imitatorum ſervum pecus.*

Videamus peculiariter de ſcriptoribus, qui ante & poſt Platonem fuerunt. Adhuc quidem poſterius magis genus, ut copioſius & paratius, adhibitum eſt, cum a Criticis, tum a Philoſophis. Noſti enim quanto ſtudio poſtera omnis erudita Graecorum Latinorumque aetas legerit triveritque ſcripta Platonis: non modo omnium ſectarum Philoſophi, ſed Grammatici, Rhetores, Hiſtorici, caeterique omnes, ut quisque maxime dicendi cogitandique elegantiam conſectabatur. Habes in manibus Timaei Lexicon Vocum Platonicarum, cum commentario Ruhnkenii noſtri, cujus Tu rationem tuo hoc in libello laudabiliter ſecutus es. Et ut in omnibus illis ſcriptoribus frequentes ſunt Platonis loci, vel ad verbum appoſiti, vel imitando

****

ex-

Digitized by Google

expreſſi, qui valeant ad Platonis cum ſcripturam emendandam, tum ſententiam interpretandam; ita in primis ratio habenda eſt philoſophorum, non ſolum Platonicorum, ſed reliquorum inde ab Ariſtotele ad extrema fere Byzantina tempora omnium; quippe in quibus multi adhuc latent tales loci, nondum a noviſſimis interpretibus animadverſi & excuſſi. Neque hoc ita dico, quaſi Platonis de philoſophia ſententiam velim cognoſci cenſerique ex poſteriorum commentariis Philoſophorum. Unam ſpectamus grammaticam rationem, quid ſcripſerit ſenſeritque Plato: vere nec ne ſenſerit, ſuum cuique judicium relinquimus. Quot enim ſunt hominum capita, tot ſunt diverſa judicia: & ad judicandum fere inclinare ſolent capita inania hiſtoriae philoſophae, & unius alicujus magiſtri decretis occupata.

Supereſt, ut de iis moneamus Scriptoribus, qui ante Platonem fuerunt, quos a noviſſimis hujus editoribus interpretibusque parum adhuc cognitos adhibitosque animadvertimus. Sunt vel ſolutae orationis ſcriptores, vel poëtae, vel philoſophi, vel utrumque: eorumque ſcripta vel ſuperſunt, vel perierunt. In citandis auctoribus primus frequens eſſe coepit Ariſtoteles: neque tamen infrequens fuit Plato. Hunc multa e prioribus ſumſiſſe, nulla eorum facta mentione, non ſolum eſt probabilis conjectura, ſed certa res multis documentis ac teſtibus confirmata. Ergo ratio duci debet diligens priorum Scriptorum: cum philoſophorum, nec modo eorum, qui recenſentur a Diogene Laertio, ſed aliorum ab Ariſtotele memoratorum, in primis eorum qui carmina ſcripſerunt,

Xe-

Digitized by Google

Xenophanis, Parmenidis, Empedoclis, Epicharmi: tum vero, Hiſtoricorum, Sophiſtarum, Oratorum, aliorumque omnium. Sed plerorumque quum libri perierint, nec niſi leves reliquiae in aliorum ſcriptis ſparſae lateant; has ipſe quisque interiorum Literarum ſtudioſus colliget. Nam quae adhuc ſunt collectae, & paucae ſunt & pauciſſimorum: & qui hac laude in primis fertur libellus H. Stephani, *Poëſis Philoſophica* inſcriptus, ut inchoatus, eadem laborat inopia: quem ut aliquis doctus homo augeat ſuisque numeris expleat, & omnino ut omnium perditorum Scriptorum reliquiae congerantur, & ſub ſuo cujusque nomine digeſtae vulgentur, vehementer optamus; quo facilior expeditiorque reddatur fontium cognitio, ſine qua omnis interpretandi labor vanus & inanis eſt. Caeterum in iis, quae exſtant integra, ſcriptis, promta ac parata, certe minus difficilis, eſt obſervatio. Homericae quidem & Heſiodeae imitationes cuique Platonem legenti ſponte in oculos incurrunt: aliae magis latent, veluti ex Lyricis, Tragicis, Comicis, expreſſae. Equidem in hoc genere complures imitationes nondum, quod ſciam, a quoquam animadverſas, annotare me memini: & credibile eſt, multo plures me fugiſſe. Et profecto ita ſe res habet, ut maximum Criticae feliciter tractandae momentum poſitum ſit in cognitione fontium, unde ſcriptor quisque & res & verba hauſerit; quippe ignoratis fontibus, plurimorum locorum & ſententiam & venuſtatem latere neceſſe eſt.

Sed haec pleraque Te ipſum, mi Heusde, jam re & uſu expertum eſſe, multis in tuo libello documen-

Digitized by Google

tis comprobasti: & mea haec scriptio magis pertinuit ad Te admonendum, quam ad docendum. Tu igitur, qui Platonis ornandi stadium ita ingressus sis, ut primum hoc specimen ederis non modo tironi decorum, sed neque veterano poenitendum; fac reliquum cursum gnaviter persequaris, ut tua ex opera fructus & ad Te laudis, & ad multos doctrinae, perveniat uberrimus. Vale. Scripsi Lugduni Batavorum, d. VII Juni, A. MDCCCIII.

AD

PHIL. GUIL. VAN HEUSDE.

HEUSDIUS, integros animoſus carpere flores,
Haud amat in ſterili ponere calle pedem,
Neve Sophiſtarum ſpinoſa per arva vagari,
Unde nihil legitur quod ratione probes;
Evolat at prudens in amoena vireta Platonis,
Cecropii admirans tot bona gymnaſii:
Hìc, ubi mellifluis fluxit ſapientia labris,
Materiaeque gravi par erat eloquium:

 Quod

Quod vetus ut fruſtra, ſic fruſtra ſerior aetas
Eſt conata ſuis reddere luminibus:
Tantus ubique nitor ſe fundit, ubique venuſtas,
Ut praecepta avidis auribus arripias.
HEUSDIUS hos hilares circumvolat impiger hortos,
Dum ſibi, ſicut apis ſedula, mella parat:
Mella, quibus virtus, animis infuſa ſerenis,
Moribus ornatum vimque dat ingenio.
Dignus honore labor, per quem non ſurgit inanis
Gloria, quam populos deſidioſus amat;
At WYTTENBACHII ſtudiis quae fulta ſeveris,
Quo verum invenias ſola frequentat iter.
HEUSDIUS hoc ſequitur, Latios ſeu tendit in agros,
Fluminaque doctrinae de Cicerone trahens;
Sive petit, quam Graja Venus, ditiſſima cultu,
Nutrit, & ingenii floribus ornat, humum.
Indole pic egregia, ſtudioque adjutus & uſu,
Inclyta Piëridum templa nemusque colit:
Frugiferae valles qua ſplendent ſolis ab ortu,
Nec minus in tenebris utilitatis habent.

His

Digitized by Google

His adſuetus agris laetas proſpectat ariſtas,
Speratâ & nullo tempore meſſe caret,
Unde animo robur, venit & prudentia menti,
Prodit & ipſa potens vincere fata labor.
Sic data ſint juveni de fronde parata Minervae
Lectaque in Auſonio ſerta beata jugo.
His munitus eat, dum felix computat annos,
Atque inter vitae munera quemque diem.

HIERONYMUS DE BOSCH.

Digitized by Google

DOCTISSIMO ELEGANTISSIMOQUE JUVENI,

PHIL. GUIL. VAN HEUSDE,

Suas in Platonem Observationes edenti.

Ingenii vires & docti fama laboris,
HEUSDENE, quis dudum cluis,
Magni aliquid certe nos exspectare jubebant,
Apollinis dignum choro;
Ast operis tantas dotes, tantumque nitorem,
Quantum stupentes cernimus,
A juvene & primi sperare in temporis annis,
Aetate quis nostra audeat?

JO. AD. NODELL.

AD

AD

PHIL. GUIL. VAN HEUŠDE.

Inter amicorum carum mihi nomina nomen,
Magna Therapnaeo cura, PHILIPPE, Deo,
Rottera quem mecum, docto praeëunte NODELLO,
Vidit ad Auſonios thura litare focos,
Maxima dum ſpirans, laudisque incenſus amore,
Doctrinae adgrederis pandere dona tuae,
Inque tuas merito ducuntur carmina laudes,
Fallor an? an, ſileat num mea Muſa, rogas?

****

Illa.

Illa neget tecum peragrare vireta PLATONIS,
Et quae Socraticis ſunt loca trita Sophis?
Et tamen illa ſilet, quam gaudia nulla morantur,
Torpet & affluetos comprimit ore modos!
Nempe redux terras iterum Pax alma relinquit,
Et negat afflictis mittere rebus opem,
Bellaque graſſantur, miſeris nocitura Batavis,
Infanda & patriam damna levare vetant:
Hic diros avidus caedis Mars explicat enſes,
Pugnarum & caecus ſaevit in orbe furor;
Illic immenſis Neptunus claſſibus aequor
Complet, in Oceani bella cietque vadis:
BELGICAQUE, ut puppis, mediis in fluctibus errat,
Cui negat acceſſus hoſpita terra ſuos:
Illaque, vae miſerae! ſcopulos natat inter acutos,
Datque undis quaſſum, naufraga pene, latus.
Dic mihi, ſi vaſtas minitetur volvere flammas
Excidio Siculas Aetna datura plagas,
Dic mihi, Cecropias ſi circumcingat Athenas,
Et premat Actaeam lurida peſtis humum,

En-

Digitized by Google

Ennaea an paſtor deducat arundine carmen?
Paſcentes curas pellat an inter oves?
An genio libans hederis ſua tempora cingat,
Et molli Grajus voce poëta canat?
Dum patriae certam videt impendere ruinam,
Quos niſi, det, triſtes Muſa Batava ſonos?
Et tamen expoſcunt hilares tua gaudia cantus,
Eſtque triumphali fama canenda tubâ.
Scilicet immenſum noſtro decus adſeris aevo,
Cecropiam & patrio ſiſtis in orbe Deam,
Quaque volat magni nomenque decusque PLATONIS,
Illic HEUSDENII nobile nomen erit.
Cura recens illi, quo ſurgit gloria LEIDAE,
Illius at, jactat quem MOSA, cura prior:
Jam WYTTENBACHII, jam creſcit fama NODELLI,
Diſcipulo laetus plaudit uterque ſuo!
Haec animo quam grata meo, quam digna relatu
Gaudia, ſi mihi non vena rigeret iners!
Aſt, ſi fata velint leges imponere bello,
Si Belgis ſpiret mollior aura meis,

Digitized by Google

Carmina non aliter plenis de fontibus ibunt,
Quam cum ſol niveas frigore ſolvit aquas.
Quando erit, ut, viridis tiliae ſub tegmine tutus,
Phoebeo, vates, entheus igne canam?
Et tibi ſerta parem de fronde virentis olivae,
Suavior a reditu cujus habetur odor?
Quando erit? — At tacito claudantur pectore vota,
Quae moveant, illis cognita nempe, Deos.

H. COLLOT D'ESCURY.

Digitized by Google

SPECIMEN CRITICUM

IN

PLATONEM.

Euthyphr. p. 7. A. Ut caeteri omnes Platonis dialogi, ita hic etiam, eâ se formae praestantiâ commendat, quae in disputationis cum distributione tum nexu cernitur. Quo minus ferri potest, hanc dialogi dotem etiamnum obscuratam esse h. l. Φέρε δὴ, ἐπισκεψώμεθα τί λέγομεν. τὸ μὲν θεοφιλές τε καὶ ὁ θεοφιλὴς ἄνθρωπος, ὅσιος· τὸ δὲ θεομισὲς καὶ ὁ θεομισὴς, ἀνόσιος· οὐ ταυτὸν δ' ἔσιν, ἀλλὰ τὸ ἐναντιώτατον τὸ ὅσιον τῷ ἀνοσίῳ· οὐχ οὕτως; ΕΤΘ. Οὕτω μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ εὖ γε φαίνεται εἰρῆσθαι. ΕΤΘ. Δοκῶ, ὦ Σώκρατες. εἴρηται γάρ. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅτι ϛασιάζουσιν οἱ θεοὶ καὶ διαφέρονται ἀλλήλοις, ὦ Εὐθύφρον, καὶ ἔχθρα ἐσὶν ἐν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ τοῦτο εἴρηται; ΕΤΘ. Εἴρηται γάρ. ΣΩ. Ἔχθραν κ. τ. λ. Interrogatus Euthyphro, quae ante dicta sunt, an recte ipsi ac vere dicta videantur, ita se exi-

Digitized by Google

ſtimare reſpondet: εἴρηται γὰρ. Qua reſponſione nullam facile abſurdiorem reperias. Praeterea illud καὶ τοῦτο εἴρηται; poſt καὶ εὖγε φαίνεται εἰρῆσθαι, non recte interrogari, nemo eſt quin videat. Sed has, opinor, difficultates ſuperaverimus, ſi tranſponendo ita locum conſtituamus: — Οὕτω μὲν οὖν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅτι ϛασιάζουσιν οἱ θεοὶ καὶ διαφέρονται ἀλλήλοις, ὦ Εὐθύφρον, καὶ ἔχθρα ἐϛὶν ἐν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ τοῦτο εἴρηται; ΕΤΘ. Εἴρηται γάρ. ΣΩ. Καὶ εὖ γε φαίνεται εἰρῆσθαι; ΕΤΘ. Δοκῶ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἔχθραν κ. τ. λ. Nil autem in dialogis frequentius, quam hujusmodi perſonarum colloquentium confuſio. Cujus non pauca nobis deinceps exempla ſuppeditabit Plato. Nunc ſimile vitium Luciano detrahamus Imag. T. II. p. 464. ubi Lucinus, informata formoſiſſimae illius foeminae ſpecie, Polyſtratum interrogat: τί σοι, ὦ Πολύϛρατε, δοκεῖ καλὴ γενήσεσθαι ἡ εἰκών; καὶ μάλιϛα ἐπειδὰν ἐς τὸ ἀκριβέϛατον ἀποτελεσθῇ; ΠΟΛ. Ἔτι γὰρ, ὦ γενναιότατε, καταλέλοιπάς τι κάλλος ἔξω τοῦ ἀγάλματος, οὕτω πάντα ἐς τὸ αὐτὸ συμπεφορηκώς; ΛΤΚ. Τοῦτο μικρότατον, ὦ Φιλότης, εἰ μή σοι δόξει ὀλίγα πρὸς εὐμορφίαν συντελεῖν χρόα καὶ τὸ ἐκάϛῳ πρέπον· ὡς μέλανα μὲν εἶναι ἀκριβῶς, ὁπόϛα μέλανα, λευκὰ δὲ ὅϛα τοιαῦτα χρὴ καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν· καὶ τὰ τοιαῦτα κινδυνεύει τοῦ μεγίϛου ἔτι ἡμῖν προσδεῖν. ποθὲν οὖν καὶ ταῦτα πορισαίμεθ' ἄν, ἢ παρακαλέσαιμεν δηλαδὴ τοὺς γραφέας κ. τ. λ. Quo loco, obſcuro illo atque impedito, cum conſtituendo tum emendando ita forte operae pretium facias, ſi reponas: τί σοι, ὦ Πολύϛρατε, δοκεῖ; ΠΟΛΥ. Καλὴ γενήσεσθαι ἡ εἰκών,

Digitized by Google

κὼν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀποτελεσθῇ· ἔτι γὰρ, ὦ γενναιότατε, καταλέλοιπάς τι κάλλος ἔξω τοῦ ἀγάλματος, οὕτω πάντα ἐς τὸ αὐτὸ συμπεφορηκώς. ΑΤΚ. Τί τοῦτο; ΠΟΛΥ. Οὐ τὸ σμικρότατον, ὦ Φιλότης, εἰ μή σοι δόξει ὀλίγα πρὸς εὐμορφίαν συντελεῖν χρόα, καὶ τὸ ἐκάστῳ πρέπον, ὡς — ἐπανθεῖν καὶ τὰ τοιαῦτα. ΑΤΚ. Κινδυνεύει τοῦ μεγίστου ἔτι ἡμῖν προσδεῖν· ποθέν οὖν καὶ ταχῦτα πορισαίμεθ' ἄν; ἢ παρακ. de qua conjectura eo minus dubitandum cenſebimus, ſi animadvertamus, poſt δοκεῖ, tamquam germanae diſtinctionis veſtigium, in duobus Codd. reperiri πολὺ. Caeterum & Lucini interrogatio Τί τοῦτο; & Polyſtrati reſponſum Οὐ τὸ σμικρότατον, utrumque operarum negligentia facillime abire in vulgatum illud τοῦτο σμικρότατον potuit. Forma ποθὲν οὖν —; ἢ δηλαδὴ —; tam frequens eſt, ut exemplis eam confirmare non opus ſit. Forte haud diſſimili remedio reſtituendus eſt lepidiſſimus ille ejusdem auctoris dialogus T. I. p. 365. ΕΡ. Ἐμβαινε, ὦ Μένιππε, ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὴν πρεσβρίαν ἔχε παρὰ τὸν κυβερνήτην ἐφ' ὑψηλοῦ, ὡς ἐπισκοπῇς ἅπαντας. Ὁ καλὸς δ' οὗτος, τίς ἐστι; ΧΑΡ. Χαρμόλεως ὁ Μεγαρικὸς, ἐπέρασος· οὗ τὸ φίλημα διτάλαντον ἦν. In quibus verbis Mercurii interrogatio τίς ἐστι; ſi quidem ipſum alloquatur Charmoleum, non ſatis apta videtur. Haud equidem ignoro, οὗτος & οὗτος ἀνὴρ in alloquendo nonnumquam tertiâ perſonâ uſurpari; cujus elegantiſſimi ejusdemque exquiſiti uſus exempla ſunt: Plato Euthydem. p. 295. E. Ἔγωγε, ἔφην, τῇ γε ψυχῇ. Οὗτος αὖ, ἔφη, προσαποκρίνεται τοῖς

ἐρωτωμένοις; οὐ γὰρ ἔγωγε ἐρωτῶ ὅτῳ· ἀλλ' εἰ ἐπίσασαί τῳ. Theaet. 166. A. Οὗτος δὴ ὁ Σωκράτης ὁ χρηστὸς, ἐπειδὴ αὐτῷ — γέλωτα δῆτά με ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξε; τὸ δὲ, ὦ ῥᾳθυμότατε Σώκρατες, τῇ δ' ἔχει· Gorg. 489. B. Οὐτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυκρῶν; εἶπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ αἰσχύνῃ. Ibid. 505. C. Οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει, ὠφελούμενος καὶ αὐτὸς, τοῦτο πάσχων κ. τ. λ. Lucian. Nigrin. T. I. p. 50. ΕΤΑΙΡ. Οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος; ΛΟ. Καὶ μὴν παύσομαί γε· Plutarch. Gryllo T. II. p. 985. E. Οὗτος ὁ ἀνὴρ οὐχ αὑτῷ μόνον οὐδὲ τοῖς ἑταίροις, ἀλλὰ τοῖς μηδὲν προσήκουσιν οἴεται δεῖν ὑπὸ ἀβελτηρίας συμφορὰν γενέσθαι τὴν αὐτοῦ φιλοτιμίαν; Euripid. Phoeniſſ. vſ. 927.

Ἀνὴρ ὅδ' οὔκετ' αὐτὸς, ἐκνεύει πάλιν;

Sed ad praeſentem Luciani locum hic uſus trahi non poteſt. Forte, non Charmoleum, ſed Menippum rogat Mercurius, ut Menippus dicat: Χαρμόλεως, ὁ Μεγαρικὸς, ἐπέραστος· οὐ τὸ φίλημα διτάλαντον ἦν. Similime in ſeqq. rogat Mercurius: ὁ σεμνὸς δὲ οὗτος ἀπό γε τοῦ σχήματος, καὶ βρενθυόμενος, ὁ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκὼς, ὁ ἐπὶ τῶν Φραντίδων, τίς ἐστιν; ὁ τὸν βαθὺν πώγωνα καθειμένος; & reſpondet Menippus φιλόσοφός τις, ὦ Ἑρμῆ. In antecedd. autem οὑτοσὶ τίς ὁ πρῶτός ἐστι; MEN. Μένιππος ἔγωγε. mutandum videtur ἐστι in εἶ. Hoc enim ſcripturae vitium facile exſiſtere inde potuit, quod compellativam vocis οὗτος vim

vim non satis sive attenderent sive intelligerent librarii. Caeterum, antequam dimittamus Lucianum, unum etiam in eo locum constituamus, quem & penitus perturbarunt librarii, & perturbatum ediderunt Interpretes in libro de conscrib. hist. T. II. p. 2. Καὶ μεσὴ ἦν ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λεπτῶν, τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν,

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων, Ἔρως,

καὶ τἄλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων, καὶ τοῦτο· ἐπιπολὺ, ἄχρι δὴ χειμὼν καὶ κρύος δὲ μέγα γενόμενον, ἔπαυσε ληροῦντας αὐτούς. Refinge — τραγῳδῶν καὶ τἄλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ·

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων, Ἔρως,

ἄχρι δὴ κ. τ. λ. Sed redeundum ad Platonem. Quod locum hunc nostrum continuo subsequitur: Ἔχθραν δὲ καὶ ὀργὰς, ὦ ἄριστε, ἡ περὶ τίνων διαφορὰ ποιεῖ, ὧδε δε σκοπῶμεν. posito post ποιεῖ interrogandi signo, bene se habebit. Saepe sic institutam interrogationem dimittit, novamque orditur: veluti Gorg. 477. E. Τίς δὲ πονηρίας καὶ ἀδικίας; εἰ μὴ οὕτως εὐπορεῖς, ὧδε σκόπει. Menone 82. C. πόσων ἂν εἴη ποδῶν τὸ ὅλον; ὧδε δὲ σκόπει. Legg. VII. 819. E. Cratyl. 422. E. Pol. 258. E. alibi. Sic item Musonius apud Stob. p. 456. τί μέντοι τὸ πείθεσθαί ἐστι, θεασώμεθα· μᾶλλον δὲ πρότερον τὸ ἀπειθεῖν κ. λ. Ex praecedentibus duo excitandi sunt loci, alter p. 4. E.

Digitized by Google

οὐδὲν γὰρ ἂν μοι ὄφελος, ὦ Σώκρατες, εἴη — εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀκριβῶς εἰδείην· ut moneamus, quod unicuique facile in oculos incurrat, legendum ibi esse οὐδέν μου ὄφελος — εἴη. Alter p. 2. C. καὶ φαίνεταί μοι τῶν πολιτικῶν μόνος ἄρχεσθαι ὀρθῶς· ὀρθῶς γὰρ ἔχει τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἔσονται ὅτι ἄριστοι, ὥσπερ γεωργὸν ἀγαθὸν τῶν νέων φυτῶν εἰκὸς πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων· ut formam — ἄρχεσθαι ὀρθῶς· ὀρθῶς γάρ ἐστι — contra Stephanum & Mudgium defendamus: quorum ille — ὀρθὸν γάρ ἐστι, hic — ὀρθῶς γὰρ ἔχει tentavit. Ad confirmandum hunc usum duo attulisse exempla sufficiat. Cratyl. 388. C. Ὁ Φαντικὸς μὲν ἄρα κερκίδι καλῶς κεχρήσεται· καλῶς δ' ἐστὶν ὁ Φαντικῶς. Alterum ex incerti quidem, sed antiqui tamen, auctoris dialogo qui Hipparchus inscribitur, p. 227. C. εἴ τις ὦ Σώκρατες, οἶμαι, ὀρθῶς λαμβάνει τὸν φιλοκερδῆ· ὀρθῶς δ' ἐστὶ τοῦτον ἡγεῖσθαι φιλοκερδῆ; ὃς ἂν κ. λ. Vulgatam lectionem habet item Cod. MS. Augustae Bibliothecae Caesareae Vindobonensis, cujus collationem habuit Ruhnkenius. Quod ad loci sententiam, universe statuebat Plato, ὡς εὖ μὲν τραφέντων καὶ τρεφομένων τῶν νέων, πάντα ἡμῖν κατ' ὀρθὸν πλεῖ, uti loquitur Legg. VII. 813. D. Similiter Diotogenes Pythagoreus apud Stobaeum p. 249. Τίς οὖν ἀρχὴ πολιτείας ἀπάσης; νέων τροφή· οὐ γὰρ μήποκα τὸν καρπὸν ἐνασηφόρον ἄμπελοι γεννήσωνται μὴ φυτοτροφηθεῖσαι καλῶς· Caeterum praeter Theag. p. 120. & Lach. 179. A. conferri potest praeclarus locus Legg. VI. 765. E. Παντὸς γὰρ δὴ φυτοῦ ἡ πρώτη βλάστη καλῶς ὀρ-

ὁρμηθεῖσα πρὸς ἀρετὴν τῆς αὐτοῦ Φύσεως, κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον, τῶν τε ἄλλων φυτῶν καὶ τῶν ζώων ἡμέρων καὶ ἀγρίων καὶ ἀνθρώπων· — πρῶτον δὲ ἄρξασθαι χρεὼν τὸν μέλλοντα αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι καλῶς.

P. 13. B. οὐκοῦν θεραπείᾳ τε πᾶσα ταυτὸν διαπράττεται, οἷον τοιόνδε ἐπ' ἀγαθῷ τινὶ ἔσαι καὶ ὠφελεία τοῦ θεραπευομένου.) Offendens Stephanus in illud οἷον τοιόνδε ἐπ' ἀγ. tentavit ὃ ἐπ' ἀγ. Sed satis haec bene se habere videntur, modo interrogative accipiantur & post τοιόνδε levis ponatur distinctio. *Universa cura nonne unum idemque efficit, veluti hujusmodi quid, nonne ad commodum ejus, qui curatur, & utilitatem conducet?* Nisi tamen malis οἷον τὸ τοιόνδε. Sic Phaedone 65. A. Οἷον τὸ τοιόνδε λέγω· ἆρα ἔχει —; Ibid. D. Πῶς λέγεις; Οἷον τὸ τοιόνδε· Charm. 168. D. λέγω δὲ τὸ τοιόνδε, οἷον ἡ ἀκοή — Max. Tyr. Diss. XII. c. 2. οἷον τὸ τοιόνδε λέγω. Et haud scio, an male ante ταυτὸν inseramus τι: hoc certe, uti & τὸ τοιόνδε ad perspicuitatem non mediocriter valeat.

P. 14. C. Καὶ γὰρ νῦν ἐπειδὴ ἐπ' αὐτῷ ἦσθα, ἀπέτραπου· ὃ εἰ ἀπεκρίνω, ἴσως ἂν ἤδη παρὰ σοῦ τὴν ὁσιότητα ἐμεμαθήκειν· νῦν δὴ, ἀνάγκη γὰρ τὸν ἐρωτῶντα τῷ ἐρωτωμένῳ ἀκολουθεῖν, ὅπη ἂν ἐκεῖνος ὑπάγῃ, τί δὴ αὖ λέγεις τὸ ὅσιον εἶναι καὶ τὴν ὁσιότητα;) Ficinus verba ἀνάγκη — ὑπάγῃ pro parenthesi accipit, & τί δὴ αὖ λέγεις κ. λ. ad νῦν δὴ refert. Sed elegans est uniceque vera Codicis Tub. lectio νῦν δὲ: quam ut recipiendam duco, ita totum locum sic constituo: — ἐμεμαθήκειν· νῦν δὲ, ἀνάγκη γὰρ τὸν ἐρ. τ.

ε.

Digitized by Google

ἐ. α. δ. α. ε. ὑπάγῃ· τί δὴ αὖ λ. κ. λ. Sententia huc redit: *nunc enim ad illud quam proxime accedens, viam mutaſti: quod ſi reſpondendo declaraſſes, jam nunc forte a te ſanctitatem edoctus eſſem; nunc vero* (ſubaudi *nondum edoctus ſum*) *interrogantem enim ſequi interrogatum, quocunque hic ducat, oportet. Quid igitur rurſus τὸ ſanctum eſſe et ſanctitatem dicis?* Magnam haec ellipſis venuſtatem habet nec infrequens eſt apud Platonem; ſed multis eadem locis vel pravâ diſtinctione obſcurata, vel ab Interpretibus non intellecta: veluti hoc ipſo dialogo p. 11. C. Καὶ εἰ μὲν αὐτὰ ἐγὼ ἔλεγον καὶ ἐτιθέμην, ἴσως ἄν με ἐπέσκωπτες ὡς ἄρα καὶ ἐμοὶ κατὰ τὴν ἐκείνου συγγένειαν τὰ ἐν τοῖς λόγοις ἔργα ἀποδιδράσκει, καὶ οὐκ ἐθέλει μένειν ὅπου ἄν τις αὐτὰ θῇ· νῦν δὲ (σαὶ γὰρ αἱ ὑποθέσεις εἰσὶν) ἄλλου δή τινος δεῖ σκώμματος. Tollendi ſunt unci ac poſt νῦν δὲ, uti & poſt εἰσὶν, diſtinguendum. *Quodſi illa ego dixiſſem ac poſuiſſem, me forte riſiſſes, cujus nimirum ex oratoria arte artificia, propter Daedali cognationem, quo poſita ſunt loco, eo manere nolint ſed aufugiant. Nunc vero* (ſubaudi *me hoc joco petere non licet*) *nam tu ea poſuiſti: alio igitur joco opus eſt.* Similiter refingendus eſt Laches 184. D. Εἰ μὲν γὰρ συνεφερέσθην τῶδε, ἧττον ἂν τοῦ τοιούτου ἔδει· νῦν δὲ (τὴν ἐναντίαν γὰρ, ὡς ὁρᾷς, Λάχης Νικίᾳ ἔθετο) εὖ δὴ ἔχει καὶ σοῦ ἀκοῦσαι, ποτέρῳ τοῖν ἀνδροῖν σύμψηφος εἶ. *Hi enim ſi conſentiiſſent, minus iſtiusmodi judice opus eſſet; nunc vero* (ſubaudi *opus eſt*) *nam contrariam inierunt ſententiam: te igitur audire oportet.* Tim. 32. A. Εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μὲν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον

ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ πάντος σῶμα, μίκ μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ' αὑτῆς ξυνδεῖν καὶ ἑαυτὴν. νῦν δὲ (στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶναι —) οὕτω δὴ κ. τ. λ. *Quodsi latitudinem tantum, non vero profunditatem habere debuisset universi corpus, unum sufficisset medium: nunc vero* (subaudi *non sufficit unum*) *nam solidum illud esse oportebat. — Hac igitur de causa Deus &c.* In his locis omnibus Ficinus, uti etiam in superiore, nullam suspicatus ellipsin, νῦν δὲ cum sequenti δὴ conjunxit. Atqui nos δὴ eâdem, quâ οὖν, significatione accepimus: quod recte nos fecisse evincit ejusdem rationis locus, ubi pro δὴ positum οὖν reperitur: Lach. 200. E. Εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς διαλόγοις τοῖς ἄρτι ἐγὼ μὲν ἐφάνην εἰδὼς, τώδε δὲ μὴ εἰδότε, δίκαιον ἂν ἦν ἐμὲ μάλιστα ἐπὶ τοῦτο τὸ ἔργον παρακαλεῖν· νῦν δ' ὁμοίως γὰρ πάντες ἐν ἀπορίᾳ ἐγενόμεθα. τί οὖν ἄν τις — Post νῦν δὲ intelligendum οὐ δίκαιον ἐστὶν ἐμὲ ἐπὶ τοῦτο τὸ ἔργον παρακαλεῖν. Et vero νῦν δὲ hac sententia elliptice poni, haud minus probant alia loca, in quibus nihil est, ad quod referatur: veluti Apol. Socr. 38. B. Εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι χρήματα, ἐτιμησάμην ἂν χρημάτων ὅσα ἔμελλον ἐκτίσειν· (οὐδὲν γὰρ ἂν ἐβλάβην) νῦν δὲ· οὐ γάρ ἐστι· εἰ μὴ ἄρα — Sic bene hunc locum constituit Fischerus V. Cl. Eadem est ratio Charmid. 175. A. Οὐ γὰρ ἂν που ὅ γε κάλλιστον πάντων ὁμολογεῖται εἶναι, τοῦτο ἡμῖν ἀνωφελὲς ἐφάνη, εἶτι ἐμοῦ ὄφελος ἦν πρὸς τὸ καλῶς ζητεῖν. νῦν δὲ παντα χῇ γὰρ ἡττάμεθα, καὶ — Post νῦν δὲ· reticetur οὐδὲν ἐμοῦ ὄφελός ἐστι πρὸς τὸ καλῶς ζητεῖν. & Themistii Orat. XXIV. 302. D. Καὶ

Digitized by Google

γὰρ εἰ μὲν μόνος ὑμῶν ἐάλων ἐγὼ κᾆν ὑπῆρχεν ἄν μοι μετ' ἐξουσίας τοῖς παιδικοῖς ἐναβρύνεσθαι, προτίμησιν ἀντερασοῦ μὴ δεδιότα· νῦν δὲ ὁρᾶτε γὰρ ἤδη καὶ ἑτέρους ὁμοίως κεκινημένους. Intellige poſt νῦν δὲ· *non ſolus ego amore veſtrum captus ſum.* Caeterum non diſpar eſt ratio Parmen. 137. A. Κἀγώ μοι δοκῶ μεμνημένος μάλα φοβεῖσθαι πῶς χρὴ τηλικόνδε ὄντα διανεῦσαι τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον πλῆθος λόγων. ὅμως δὲ δεῖ γὰρ χαρίζεσθαι. Ubi & Stephanus & Cornarius γὰρ delendum cenſent. Sed facile quis animadvertat, poſt ὅμως δὲ elliptice omiſſum eſſe διανευσέον, vel ſimile quid, ab eoque γὰρ vim accipere. Atque vix dubitem, quin eadem reſtituenda ſit forma Theaeteto 143. E. Καὶ εἰ μὲν ἦν καλὸς, ἐφοβούμην ἂν σφόδρα λέγειν, μὴ καί τῳ δόξω ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ εἶναι· νῦν δὲ (καὶ μή μοι ἄχθου) οὐκ ἔστι καλὸς· — ἀδεῶς δὴ λέγω. εὖ γὰρ ἴσθι κ. λ. Quod ita reddidit Ficinus: *Qui ſi formoſus eſſet, laudare illum vererer, ne cui forſitan illius amore captus videri poſſem. Nunc autem ne mihi ſuccenſeas: non enim eſt pulcer.* Quam Ficini verſionem attendens manifeſto intelligas germanam eum lectionem οὐ γάρ ἐστι καλός in ſuo Cod. inveniſſe. Nam qui, uti vidimus, hanc ellipſin non magnopere cepit, hoc eam loco confinxiſſe non putandus eſt. Caeterum parentheſis καὶ μή μοι ἄχθου uti inepte hîc occurrit, ita ſuam habet propriamque ſedem poſt — ἀδεῶς δὴ λέγω: ut ſic legendum ſit: — νῦν δέ· οὐ γὰρ ἐστὶ καλὸς — ἀδεῶς δὴ λέγω, καὶ μή μοι ἄχθου· εὖ γὰρ ἴσθι. — Poſt νῦν δὲ cogitatione ſuppleas οὐ σφόδρα φοβοῦμαι λέγειν.

P. 14.

P. 14. D. Ἆρ' οὖν τό γε ὀρθῶς αἰτεῖν ἂν εἴη, ὧν δεόμεθα παρ' ἐκείνων, ταῦτα αὐτοὺς αἰτεῖν; ΕΤΘ. Ἄλλο τί;] Pro ἄλλο τί; & caeterae Editiones omnes & Ficini verſio habent ἀλλὰ τί; Aeque vero utrumque a loci ſententia abhorret. Germana videtur lectio Ἀλλ' ἔστι, quae unice ad εἴη reſpondet.

Apol. Socr. p. 20. E. Καί μοι — μὴ θορυβήσητε μηδέν, ἂν δόξω τι ὑμῖν μέγα λέγειν· οὐ γὰρ ἐμὸν ἐρῶ τὸν λόγον, ὃν ἂν λέγω, ἀλλ' —] Malim μὴ θορυβήσητε, μηδ' ἐὰν δόξω — In ſequentibus apparent veſtigia imitationis Euripideae: Helena vſ. 520.

Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος —

Eundem locum ob oculos habuiſſe videtur cum Themiſtius Orat. XXI. 246. B. Ἐρῶ δὲ οὐκ ἐμαυτοῦ λόγους — ἀλλ' οὓς Σωκράτης καὶ Πλάτων ἐλεγέτην κ. τ. λ. tum Max. Tyr. Diſſ. XXXIII. p. 142. Λέξω δ' οὐκ ἐμαυτοῦ λόγον, ἀλλ' ἐξ Ἀκαδημίας ὁρμηθέντα. Caeterum non diſſimilis eſt ejusdem Euripidis verſus in fragmentis:

Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς παρὰ.

Quem, uti, monente Valckenario ad Hippol. vſ. 352. & in Diatrib. p. 46. Plato reſpexit Sympoſ. 177. A. ita imitando expreſſit Themiſt. Orat. XXIX. 347. C. Ὅτι δὲ οἱ σοφισταὶ οὕτω κηλοῦσι τοὺς νέους εἰς τὰς μεγάλας πόλεις ἰόντες καὶ ἐν ταύταις πείθοντες τὰς τῶν ἄλλων συνουσίας ἀπολιπόντας καὶ οἰκείων καὶ ἐθνείων

Digitized by Google

καὶ νεωτέρων καὶ πρεσβυτέρων, αὐτοῖς συνεῖναι καὶ θυραυλεῖν, ἀμελοῦντας γάμων τε καὶ παιδοποιΐας· οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ μῦθος ἀλλὰ Πλάτωνος τοῦ σοφοῦ κ. τ. λ. Cujus loci prior pars tangit quidem, ut vidit Harduinus Protag. 315. A. ſed maxime pertinet ad Apol. p. 19. E. & ſimillimum locum Theag. 128. A.

P. 28. D. Μὴ αὐτὸν οἴει φροντίσαι θανάτου καὶ κινδύνου; οὕτω γὰρ ἔχει κ. τ. λ.] Hujus interrogationis vis ac ratio non magnopere in aperto eſt, nec ſatis eam apte ſubſequitur οὕτω γὰρ ἔχει. ſed legendum μὴ αὐτὸν οἷον — κινδύνου· οὕτω γὰρ — Pertinent haec ad ſuperiora: ἐγὼ δὲ τούτῳ ἂν δίκαιον λόγον ἀντείποιμι, ὅτι, οὐ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἴει κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν ἢ τεθνᾶναι ἄνδρα ὅτου τὶ καὶ σμικρὸν ὄφελος ἔστιν. Ibi tunc alio ſe convertit oratio, nunc eodem redit μὴ αὐτὸν οἷον κ. λ. *ne illum exiſtimes ullum habere mortis ac periculi rationem: ita enim ſe res habet* ——

P. 36. D. Οὐκ ἔσθ' ὅ, τι μᾶλλον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρέπει οὕτως, ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν Πρυτανείῳ σιτεῖσθαι.] Non erat, quare hunc locum nonnulli ſollicitarent Interpretes. Bene Graeca eſt dictio μᾶλλον οὕτως, ὡς. Sic Min. 318. E. Οὐ γὰρ ἔσθ' ὅ, τι τούτου ἀσεβέστερον ἐστιν, οὐδ' οὕτω χρὴ μᾶλλον εὐλαβεῖσθαι, πλὴν εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν. Auctor dialogi, qui inſcribitur Eryxias p. 392. C. Ὑπὸ δὲ τῶν σμικρῶν τούτων ἂν μᾶλλον ὀργίζοιντο οὕτως ὡς ἂν μάλιστα χαλεπώτατοι εἶησαν. Caeterum hunc locum imitatus eſt & mira feſtivitate in ſuos uſus convertit Lucian. T. I. p. 188, ubi ad Mer-

Digitized by Google

Mercurium Prometheus: ἔοικας καὶ σὺ, κατὰ τὸν ποιητὴν, ἀναίτιον αἰτιᾶσθαι· ὃς τὰ τοιαῦτα προφέρεις, ἐφ' οἷς ἔγωγε τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως, εἰ τὰ δίκαια ἐγίγνετο, ἐτιμησάμην ἂν ἐμαυτόν.

P. 37. B. Πεπεισμένος δ' ἐγὼ μηδένα ἀδικεῖν, πολλοῦ δέω ἐμαυτόν γε ἀδικήσειν καὶ κατ' ἐμαυτοῦ ἐρεῖν αὐτὸς ὡς ἄξιός εἰμι τοῦ κακοῦ, καὶ τιμήσεσθαι τοιούτου τινὸς ἐμαυτῷ. τί δείσας, ἢ μὴ πάθω τοῦτο κ.λ.] Impeditam ſententiam explanare conatus Stephanus tentabat τί δείσας; ἢ μὴ πάθω —; quod uti paulo eam clariorem reddit, ita in priſtinum lumen reſtituit Ficini lectio: τί δὲ; ἢ δείσας μὴ πάθω —; quam ex ejus verſione *quid ergo? numquid veritus, ne id ſubeam* —? probabiliter colligimus.

P. 41. B. Ἐπὶ πόσῳ δ' ἄν τις — δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιὰν, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Σίσυφον, ἢ ἄλλους μυρίους ἂν τις εἴποι καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, οἷς διαλέγεσθαι ἐκεῖ — ἀμηχάνου ἂν εἴη εὐδαιμονίας πάντως] Sive οὓς poſt μυρίους inſeras, uti inſerendum cenſuit Stephanus, ſive, Fiſcherum ſecutus, ἢ ἄλλους μ. a ſuperioribus majore diſtinguendi ſigno ſepares, dura erit utrâque ratione oratio. Sed locus explicandus eſt ex ipſius auctoris conſuetudine: Gorg. 483. D. Ἐπεὶ ποίῳ δικαίῳ χρώμενος Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν; ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Σκύθας; ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν. Phaedone 94. B. Λέγω δὲ τὸ τοιόνδε, ὡς εἰ καύματος ἐνόντος καὶ δίψους, ἐπὶ τοὐναντίον ἕλκειν, τὸ μὴ πίνειν· καὶ πείνης ἐνούσης, ἐπὶ τὸ μὴ ἐσθίειν· καὶ ἄλλα μυρία που ὁρῶμεν ἐναντιουμένην

τὴν ψυχὴν τοῖς κατὰ τὸ σῶμα. Sophista 226. B. Καὶ πρός γε τούτοις ἔτι, ξαίνειν καὶ κατάγειν καὶ κερκίζειν καὶ μυρία ἐν ταῖς τέχναις ἄλλα τοιαῦτα ἐνόντα ἐπισάμεθα. Legg. XII. p. 944. A. Ἔτι δὲ ὁπόσοι κατὰ κρημνῶν ῥιφέντες ἀπώλεσαν ὅπλα, ἢ κατὰ θάλατταν, ἢ χειμάνων ἐν τόποις ὑποδεξαμένης αὐτοὺς ἐξαίφνης πολλῆς βύσεως ὕδατος, ἢ μυρί' ἂν ἔχοι τὶς τοιαῦτα παραμυθούμενος ἐπᾴδειν. —

Crito p. 48. A. Ἀλλὰ μὲν δὴ φαίη γ' ἄν τις, εἶοί τε εἰσὶν ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἀποκτιννύναι; ΚΡ. Δηλαδὴ καὶ ταῦτα, φαίη γ' ἄν τις, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀλλ', ὦ θαυμάσιε, οὗτός γε ὁ λόγος ὃν διεληλύθαμεν, ἔμοιγε δοκεῖ ὅμοιος εἶναι τῷ προτέρῳ· καὶ τόνδε δὲ αὖ σκόπει, εἰ ἔτι μένει ἡμῖν, ἢ οὔ· ὅτι οὐ τὸ ζῆν περὶ πλείστου ποιητέον, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν] Magnam omnino difficultatem habet hoc Socratis dictum. Quis enim est sermo, ὃν διεληλύθαμεν? Et si forte quis putet, significari illum, quem p. 47. A. ingressus est, quomodo hic diversus est ab illo τῷ προτέρῳ? Forte ὃν διεληλύθαμεν, e contextu aliquando ejectum, postea alieno loco intrusum fuit. Sane si locum ita refingamus: οὗτός γε ὁ λόγος ἔμοιγε δοκεῖ ὅμοιος εἶναι τῷ προτέρῳ, ὃν διεληλύθαμεν, sua loco & vis & perspicuitas restituta sit. Et sic manifeste pateat, anteriorem disputationem significari eam, quam memoravi, p. 47. A. Hujus autem in fine hoc effecerat Socrates, injustam vitam non esse vitalem.

P. 53. A. Οὕτω σοι διαφερόντως τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἤρεσκεν ἡ πόλις τε καὶ ἡμεῖς οἱ νόμοι δηλονότι. τίνι γὰρ ἂν πόλις ἀρέσκοι ἄνευ νόμων; νῦν δὲ δὴ οὐκ ἐμ-

ἐμμένεις τοῖς ὡμολογημένοις.] Stephanus gloſſatoris eſſe putabat οἱ νόμοι δηλονότι. Et vero habet haec opinio quo ſe non mediocriter commendet. Fiſcherus vero ea Platoni vindicare ſtudet atque acriter impugnat Stephanum: et cum alias affert rationes, tum hanc etiam efficaciſſimam, ſublatis οἱ νόμοι δηλονότι, nullam fere vim habere, quae ſequuntur, τίνι γὰρ ἂν πόλις ἀρέσκοι ἄνευ νόμων; Quid vero ſi haec verba una cum illis expungenda judicemus? Sane, quo cogitatius locum lego, eo mihi magis haec gloſſatori propria & Platone indigna videntur. Additur quidem fere in hac Legum oratione εἰ νόμοι poſt ἡμεῖς, uti p. 50. A. Τούς τε νόμους ἡμᾶς. p. 51. D. Ἡμᾶς τοὺς νόμους. Ibid. Ἡμῶν τῶν νόμων. p. 54. A. Οὐχ ὑφ' ἡμῶν τῶν νόμων, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων. Sed idem ſaepenumero omittitur, veluti p. 51. E. Ἡμεῖς τάς τε δίκας δικάζομεν, & mox ἃ ἂν ἡμεῖς κελεύωμεν. p. 52. B. Ἡμεῖς σοι ἱκανοὶ ἦμεν. alibi. Et vero quâ illud ſententiâ in praeſenti loco omittendum cenſemus, eâdem omittitur p. 51. D. Εἰ μὴ ἀρέσκοιμεν ἡμεῖς τε καὶ ἡ πόλις & p. 52. B. Ὅτι σοι καὶ ἡμεῖς ἠρέσκομεν καὶ ἡ πόλις. Platonis igitur manus videtur: Οὕτω σοι δ. τ. α. Ἀ. ἤρεσκεν ἡ πόλις τε καὶ ἡμεῖς· νῦν δὲ δή. —

Phaedo. p. 65. D. Τί δὲ δὴ τὰ τοιάδε, ὦ Σιμμία; Φαμέν τι εἶναι δίκαιον αὐτὸ ἢ οὐδέν; Φαμέν τι, νὴ Δία. Καὶ οὐ καλὸν καὶ ἀγαθόν; Πῶς δ' οὔ;] Opportune nobis cod. Tub. lectionem praebet Φαμὲν μέντοι, νὴ Δία· ut ex ea germanam reponere poſſimus Φαμέν τι μέντοι, νὴ Δ. Eſt hic elegans par-

particulae *μέντοι* in reſponſione atque affirmatione uſus. Infra p. 68. B. Οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη —; Πολλὴ *μέντοι*, νὴ Δία. p. 73. D. Καὶ ἄλλα που μυρία τοιαῦτ' ἂν εἴη. Μυρία *μέντοι*, νὴ Δία. p. 81. D. Εἰκός γε, ὦ Σώκρατες. Εἰκὸς *μέντοι*, ὦ Κέβης. p. 93. C. Καὶ ταῦτα ἀληθῶς λέγεται; Ἀληθῶς *μέντοι*. Euthyd. 287. C. Ἦ καὶ δίκαιον; Δίκαιον *μέντοι*. Ibid. 298. A. Οὐκοῦν ἕτερος εἶ τοῦ λίθου; Ἕτερος *μέντοι*. Alcib. I. 145. E. Ἦ πολλοῦ φήσομεν ἐνδεῖν; Πολλοῦ *μέντοι*, νὴ Δία. Charm. 154. A. Οἶσθά που σύ γε, ἔφη (ἀλλ' οὔπω ἐν ἡλικίᾳ ἦν πρὶν ᾠὲ ἀπιέναι) Χαρμίδην τὸν τοῦ Γλαύκωνος τοῦ ἡμετέρου θείου υἱόν, ἐμὸν δὲ ἀνεψιόν. Οἶδα *μέντοι*, νὴ Δία. Sic enim haec interpungenda. Sed ſatis jam exemplorum. Ex eodem cod. pro *καὶ οὐ καλὸν* omnino recipiendum *καὶ καλὸν γέ τι κ. α.*

P. 66. D. Ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμῖν δέδεικται κ. λ.] Emendo δέδοκται. Exorſurus enim Socrates hunc philoſophorum inter ſe ſermonem, dixerat ſupra: *οὐκοῦν ἀνάγκη — ἐκ πάντων τούτων παρίσασθαι δόξαν τοιάνδε τινὰ τοῖς γνησίως Φιλοσόφοις, ὥστε καὶ πρὸς ἀλλήλους τοιαῦτα ἅττα λέγειν*; eundemque ſermonem poſtquam tradidit, haec addit, infra: *τοιαῦτα οἶμαι — ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς ἀλλήλους λέγειν καὶ δοξάζειν πάντας τοὺς ὀρθῶς Φιλομαθεῖς*, ut manifeſtum ſit, philoſophos hoc loco, non quid ſibi *demonſtratum* ſit narrare, ſed confiteri id, quod *opinantur* ac probabile exiſtimant.

P. 67. D. Οὐκοῦν — γελοῖον ἂν εἴη, ἄνδρα παρασκευάζουθ' ἑαυτὸν ἐν τῷ βίῳ ὅτι ἐγγυτάτω ὄντα τοῦ τεθ-

Digitized by Google

τεθνᾶναι, οὕτω ζῆν· κἄπειθ' ἥκοντος αὐτῷ τούτου, ἀγανακτεῖν οὐ γελοῖον;] Omnino Platonicam habebit formam interrogatio, si reponamus, quam Ficinus expressit, lectionem: Οὐκοῦν γελοῖον ἂν εἴη — ἀγανακτεῖν; ἢ οὐ γελοῖον; Saepissime sic N intercepit H, quod multis ostensurus est Vir summus in animadversionibus ad Plutarchum. Similiter absorbuit TI Phaedro 240. D. Ὁρῶντι μὲν ὄψιν πρεσβυτέραν καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ. Scribe: οὔκετι ἓν ὥρᾳ. Abiit item Π in N in illo Aristoxeni apud Stobaeum Serm. X. p. 130. Περὶ δὲ ἐπιθυμίας τάδε ἔλεγεν· εἶναι τὸ πάθος τοῦτο ποικίλον καὶ πολύπονον καὶ πολυειδέςατον. Lege πολύτροπον. τς facillime in π immutari potuit. In primis vero H, Π, I, Γ & similes literae cum aliis literis permutatae sunt. Cujus permutationis nonnulla hîc exempla apponere juvat, quae hac opportunitate & emendemus & illustremus. Et primum quidem binis illud locis deprehendimus in Platonis Symposio, altero p. 216. E. Ἴσθε ὅτι οὔτ' εἴ τις καλός ἐςι μέλει αὐτῷ οὐδὲν, ἀλλὰ καταφρονεῖ τοσοῦτον, ὅσον οὐδ' ἂν εἷς οἰηθείη· οὔτ' εἴτις πλούσιος, οὔτ' εἴ ἄλλην τινὰ τιμὴν ἔχων τῶν ὑπὸ πλήθους μακαριζομένων· ἡγεῖται δὲ πάντα τὰ κτήματα οὐδενὸς ἄξια, καὶ Ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι· Emendo — καὶ ΤΙμὰς οὐδὲν εἶναι. Altero p. 219. E. Ὁπότ' ἂν γοῦν ἀναγκασθείημεν, ἀπολειφθέντες που, οἷα δὴ ἐπὶ ςρατείας, ἀσιτεῖν, οὐδὲν ἦσαν οἱ ἄλλοι πρὸς τὸ καρτερεῖν. Pro ἀπολειφθέντεΣ ΠΟΤ malim ἀπολειφθέντοΣ ΣΙΤΟΤ. Themist. Orat. II. p. 25. C. Ἀλλ' οὐδὲν θαυμαςὸν, οὐδ' ἐμῆς μοχθηρίας σημεῖον, εἰ καὶ ὀφλήσας ποτὲ ἀνδρὶ πλουσίῳ, χα-

Digitized by Google

λεπῶς τὰ δίκαια ποιήσαιμι καὶ ὑπὲρ τὸν συγκείμενον χρόνον. Lego — τὰ δίκαια ἀποτίσαιμι κ. υ. τ. σ. χ. Xenoph. Sympoſ. C. 2. §. 9. Καὶ ὁ Σωκράτης εἶπεν· ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἄλλοις δῆλον, καὶ ἐν οἷς δὲ ἡ παῖς ποιεῖ, ὅτι ἡ γυναικεία Φύσις οὐδὲν χείρων τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὖσα τυγχάνει, γνώμης δὲ καὶ ἰσχύος δεῖται. Nolim equidem ambitioſe inquirere, an revera foeminae non tantum corporis viribus, ſed ingenii etiam efficaciâ univerſe viris cedant. Illud intelligi velim, ſi bene dixerit Socrates, foeminas viris non deteriore eſſe conditione, niſi quod γνώμῃ & robore inferiores ſint, non ſatis apte eum ſubjungere: ὥςε εἴ τις ὑμῶν γυναῖκα ἔχει, θαῤῥῶν διδασκέτω, ὅ, τι βούλοιτ' ἂν αὐτῇ ἐπισταμένῃ χρῆσθαι· nec vero convenienter ad ea reſpondere Antiſthenem πῶς οὖν, ὦ Σώκρατες, οὕτω γιγνώσκων, οὐ καὶ σὺ παιδεύεις Ξανθίππην, ἀλλὰ χρῇ γυναικὶ τῶν οὐσῶν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν γεγενημένων, καὶ τῶν ἐσομένων χαλεπωτάτῃ; Si enim foeminae non ita magnopere mente valent, quomodo quis eas, quidquid velit, docere poſſit, & Xanthippen inſtituere Socrates debeat? Sed non videtur γνώμης a Xenophontis manu profectum, ſed, mutato P in Γ & injecto N, ex germano ῥώμης corruptum. Similiter ἰσχὺς & ῥώμη conjungit Plato de Legg. IX. p. 863. C. Μετὰ μὲν ἰσχύος καὶ ῥώμης ἑπομένης. Et ſimiliter idem de foeminis ſtatuit Rep. VII. & alibi.

P. 73. A. Ἀλλὰ — ποῖαί εἰσι τούτων αἱ ἀποδείξεις ὑπόμνησόν με.] Etſi non habent haec verba quod magnopere reprehendamus, tamen, cum Aldina habeat

beat πειῆσαι, & utraque Basil. ποία σοί τούτων αἱ ἀποδείξεις — ex his ego lectionibus ita proficiendum esse putem, ut legatur: ποίαι ἦσαν σοι τούτων αἱ ἀποδείξεις ὑπόμνησόν με· Ita sane multo erit mollior & vero aptior interrogatio.

P. 74. C. Ἕως γὰρ ἂν ἄλλο ἰδὰν, ἀπὸ ταύτης τῆς ἔψεως ἄλλο ἐννοήσῃς, εἴτε ἀνόμοιον εἴτε ὅμοιον, ἀναγκαῖον, ἔφη, αὐτὸ ἀνάμνησιν γεγονέναι.] Vertit Ficinus: *necesse est, hinc reminiscentiam provenire*, ut pro αὐτὸ legisse αὐτῷ videatur. Sed neutra lectio probabilem sensum habet, certe non eum, quem argumentationis hujus nexus & ratio requirit. Equidem legendum putem αὐτοῦ idque referendum ad praeced. ἄλλο, εἴτε ἀνόμοιον εἴτε ὅμοιον. Socrates, postquam dixit, ipsum aequale rebus aequalibus, vel simile esse, vel dissimile, nunc dicit, simile hoc illis sit, an dissimile, haud magnopere interesse. Nam, si quis rem quandam contemplatus, hac contemplatione aliam reputet, sive haec illi similis sit, sive dissimilis, necesse esse, *ut hujus rei recordetur*. Caeterum Ficinus Platonis non cepit sententiam, qui antecedentia illa αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην ἐννενόηκάς τε καὶ εἴληφας; reddiderit: *ipsius simul excogitasti scientiam atque percepisti*. Nam tam procul abest philosophus, ut dicat, a rebus illis aequalibus ipsum nos aequale *percepisse* atque *excogitasse*, ut statuat, & hoc loco probet, nos ante habuisse ipsius aequalis cognitionem, quam res aequales perceperimus: postea vero, rebus aequalibus percipiendis ipsius aequalis cogni-

tionem reputando repetiiſſe. Verti igitur illa poſſint: *ipſius aequalis cognitionem reputando accepiſti.*

P. 89. E.]Η οὐκ ἤσθησαι οὔπω τοῦτο γιγνόμενον;] Omnino adſciſcendum οὕτω, quod Fiſcherus e margine Ed. Turic. memorat: nec negligendum ἤσθησαι σὺ τοῦτο, quod in Stobaeo & Cod. Tub. apparet: cui ſi adjungimus καὶ, hanc eſſe opinor germanam loci ſcripturam: ἢ οὐκ ἤσθησαι καὶ σὺ οὕτω τοῦτο γιγνόμενον;

P. 91. B. Λογίζομαι γὰρ, ὦ Φίλε ἑταῖρε (καὶ θέασαι ὡς πλεονεκτικῶς) εἰ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ὄντα ἃ ἐγὼ λέγω, καλῶς δὴ ἔχει τὸ πεισθῆναι· κ. λ.] Ita haec edi curavit Fiſcherus, ut nova eſſe ſententia videatur εἰ μὲν τυγχ. κ. λ. qua id contineatur, quod λογίζεται Socrates. Eodem haec modo accipit Ficinus, vertens: *ſic enim cogito, dulcis amice, & vide quanto cum lucro ſit ratio mea. Si forte vera ſunt, quae dico, operae pretium eſt, ita credere.* Niſi quod hic ſupplevit *ſic.* Atque ita ſane, ſi οὕτως cum λογίζομαι conjunctum ante εἰ μὲν τυγχ. κ. λ. reperiremus, nil eſſet quod reprehenderemus. Nunc vero durior videtur dicendi ratio. Sed in promtu eſt emendatio. Nam quod requiritur ὡς ante εἰ μὲν τυγχ. id ex ultima praecedentis πλεονεκτικῶς repetendum eſt, ut legatur: — πλεονεκτικῶς) ὡς εἰ μὲν κ. λ. Idem remedium Platoni aliquoties in ſequentibus adhibebimus, nunc adhibemus Luciano Nigrin. T. I. p. 48. Ὥςε κἂν ἐνδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν, ἐκεῖνο μὲν ἔτω πρόχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν· καὶ

ἄλ-

ἄλλως ὁ ποιητὴς ἴσως διεξήει· ἐμὲ δὲ κἂν ἐκσυρίττῃς, οὐ πάνυ τι λυπήσομαι. Quae ita cum antecedentibus cohaerent, ut in iis dixerit, hiſtrionis peccata non ad poëtam pertinere, atque adeo, ſi Nigrini enarrans orationem nonnihil peccet, minime hoc in Nigrinum eſſe conferendum. Ut locum expedirent, alia alii tentarunt. Jenſius pro ὡς ἄμεινον ἦν legendum putavit ὡς ἀπ' ἐμοῦ ἦν hoc ſenſu: *illud continuo cogitetur, id a me profectum & quaſi additum, aliterque forte &c.* Minus etiam probabiliter L. Boſius ὥς ἄμεινον ἦν legit, & accepit pro ſolemni formula ὥς γὰρ ἄμεινον, ut ſignificet: *ſic erat melius.* Unus Hemſterhuſius ſententiam Luciani recte percepiſſe videtur, ita eam exprimens: *ſi quid deterius, quodque ab argumenti dignitate longius abeat, videar dicere, hoc tibi ſit in promtu, iſta melius ab ipſo Nigrino fuiſſe diſputata.* Et tamen fugit acutiſſimum virum puſilla corruptela, quâ correctâ, ipſe hanc ſententiam exprimat Lucianus. Corrigendum enim: — ἄμεινον ἦν καὶ ἄλλως, ὡς ὁ ποιητ. Vertendum: *hoc tibi ſit in promtu: melius haec fuiſſe & aliter tractata eo modo, quo forte ea tractaſſet poëta.* Caeterum uti his locis excidit ὡς, ita redundare Interpretibus viſum eſt Julian. p. 250. B. Ἀπείρῳ γὰρ [ὡς] οἱ Λαστρύγονες καὶ Κυκλῶπες ἦσαν αὐτοῦ κρείττους. Sed legendum: ἀπείρως γὰρ ὡς οἱ Λ. κ. λ.

P. 93. B. Ἦ οὖν ἔστι τοῦτο περὶ ψυχὴν, ὥστε καὶ κατὰ τὸ σμικρότατον μᾶλλον ἑτέραν ἑτέρας ψυχῆς ἐπὶ πλέον καὶ μᾶλλον, ἢ ἐπ' ἔλαττον καὶ ἧττον, αὐτὸ τοῦτο εἶναι ψυχήν;] Μᾶλλον poſt σμικρότατον, quod

nullo omnino ſenſu occurrit & e ſeq. μᾶλλον temere natum videtur, expungendum cenſeo. Deinde haud dubie legendum: ἑτέραν ἑτέρᾳ ψυχὴν ψυχῆς, uti in ſeqq. μηδὲν μᾶλλον μηδ' ἧττον ἑτέραν ἑτέρας ψυχὴν ψυχῆς εἶναι, & mox ἑτέραν ἑτέρας ἁρμονίαν ἁρμονίας εἶναι. De hac forma dicturi ſumus infra ad Menex. 247. E.

P. 99. B. [Ἐπειδὴ δὲ ταύτης ἐφερήθην, καὶ οὔτ' ἂν αὐτὸς εὑρεῖν, οὔτε παρ' ἄλλου μαθεῖν οἷός τε ἐγενόμην, τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπὶ τὴν τῆς αἰτίας ζήτησιν ἣν πεπραγμάτευμαι, βούλει σοι, ἔφη, ἐπίδειξιν ποιήσωμαι;] Difficultatem movet τὸν δεύτερον πλοῦν, quod unde pendeat, quove referendum ſit, non facile eſt ad perſpiciendum. Perſpexiſſe tamen ſibi viſus eſt Fiſcherus; quippe qui ad ἐπίδειξιν ποιήσωμαι illud pertinere opinatus eſt. Hanc vero loci expediendi rationem duram equidem nimisque quaeſitam judicem. Neque enim, uti ἐπιδείξωμαι, ita etiam ἐπίδειξιν ποιήσωμαι, cum accuſativo reperiri credam. Nec multo mihi probabilior videtur Zeunii ratio, qui, ſublato ἣν, ad τὸν δεύτερον πλοῦν refert πεπραγμάτευμαι, & reliqua, intellecto τούτου, abſolute poſita cenſet. Sed evaneſcant, ni fallor, quas uterque vir doctus ſuperare conatus eſt, difficultates, ſi τὸν δεύτερον πλοῦν ſimpliciter in τοῦ δεύτερου πλοῦ abire jubeamus. Caeterum eleganter item hoc proverbio utitur Plato Phileb. 19. C. Ἀλλὰ καλὸν μὲν τὸ ξύμπαντα γιγνώσκειν τῷ σώφρονι· δεύτερος δ' εἶναι πλοῦς δοκεῖ, μὴ λανθάνειν αὐτὸν αὑτόν. Polit. 300. B. Διὰ ταῦτα δὴ τοῖς περὶ ὀτουοῦν νόμους καὶ ξυγγράμ-

μα-

ματα τιθεμένοις, δεύτερος πλοῦς, τὸ παρὰ ταῦτὰ μήτε ἕνα μήτε πλῆθος μηδὲν μηδέποτε ἐᾷν δρᾶν μηδ' ὁτιοῦν. Ad Scholiaſtem h. l. a Ruhnkenio citatos reperi auctores hoſce: „ Forſter ad Plat. p. 390. Heſiod. „ p. 31. Schott. ad Suid. pr. p. 399. Philo I. p. 627. „ Stob. Grot. p. 279. D'Orvill. ad Charit. p. 282. „ Syneſ. p. 49. Bergler. ad Alciph. p. 256. Stob. „ p. 420. Ariſt. T. I. p. 215. Phil. 75. F. Menandr. „ fragm. p. 86. Pol. 187. C."

P. 108. A. Ἡ μὲν οὖν κοσμία τε καὶ φρόνιμος ψυχὴ ἕπεταί τε καὶ οὐκ ἀγνοεῖ τὰ παρόντα· ἡ δὲ ἐπιθυμητικῶς τοῦ σώματος ἔχουσα, ὅπερ ἐν τῷ πρόσθεν εἶπον, περὶ ἐκεῖνο πολὺν χρόνον ἐπτοημένη καὶ περὶ τὸν ὁρατὸν τόπον πολλὰ ἀντιτείνασα καὶ πολλὰ παθοῦσα, βίᾳ καὶ μόλις ὑπὸ τοῦ προσεταγμένου δαίμονος εἴλκεται ἀγομένη.] Nullo hîc ſenſu occurrit οὐκ ἀγνοεῖ, cujus loco deſideratur iſtiusmodi verbum, quod, ut antecedenti ἕπεται recte adjungatur, ita ſignificatione oppoſitum ſit ſequentibus ἀντιτείνασα καὶ πολλὰ παθοῦσα, βίᾳ καὶ μόλις &c. Hoc autem vix dubitem quin huic loco reſtituam, pro οὐκ ἀγνοεῖ τὰ παρόντα legens οὐκ ἀγανακτεῖ τὰ παρόντα. Caeterum, quod poſt ἐπτοημένη eſt diſtinguendi ſignum, poſt τόπον ponatur, ut huc redeat ſententia: *animus igitur moderatus ac prudens ſponte ducem ſequitur, neque aegre fert praeſentia: qui vero corporis deſiderio tenetur, poſtquam longum tempus circa illud & viſibilem locum cupiditatibus trepidavit, multum reluctans, multumque ſe excrucians, non niſi aegre & vi deducitur.*

Ama-

Amator. 132. A. Ἐφαινέσθην μέντοι ἢ περὶ Ἀναξαγόρου ἢ περὶ Οἰνοπίδου ἐρίζειν· κύκλους γοῦν γράφοντες ἐφαίνεσθον, καὶ ἐγκλίσεις τινὰς ἐμιμοῦντο τοῖν χειροῖν ἐπικλίνοντε καὶ μάλα ἐσπουδακότε.] Uti nemo non continuo in ἐφαίνεσθον offendat, ita probemus neceſſe eſt illud Interpretis: *quasdam ſphaerae inclinationes.* Sphaerae certe mentio, nec temere a Ficino conficta videtur, & opportune fit, quandoquidem περὶ τῶν μετεώρων egiſſe hos pueros e ſequentibus patet. Loco ἐφαίνεσθον ſcribendum σφαῖρας cenſeam, ut ſenſus ſit: *videbantur autem de Anaxagora vel Oenopide diſceptare: circulos enim ſphaerae & inclinationes quasdam delineando imitabantur, manibus innixi & attenti admodum.*

P. 133. E. Ἡγῇ δὲ δὴ τοὺς φιλογυμναστοῦντας ἄλλού του ἐπιθυμεῖν ἢ τούτου ὅ, τι ποιήσει αὐτοὺς ἔχειν εὖ τὸ σῶμα; Τοῦτο, ἔφη.] Legendum: Τούτου, ἔφη. Quae reſpondendi ratio, etſi cui mira & minus apta videri poſſit, uſus eſt Platonici. Min. 317. A. Ἐπίσανται δὲ ἄλλοι τινὲς ἢ οἱ πολιτικοὶ καὶ οἱ βασιλικοί; MIN. Οὗτοι μὲν οὖν. Phaedon. p. 59. C. Ἄλλος δέ τις παρῆν; ΦΑΙΔ. Σχεδόν τι οἶμαι τούτους παραγενέσθαι.

P. 134. A. Ἐγὼ μέν, ὦ Σώκρατες, ἔφη, ᾤμην τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο καὶ νῦν γνῶναι, ὅτι οἱ μέτριοι πόνοι εὖ ποιοῦσιν ἔχειν τὰ σώματα. Πόθεν δὴ; οὐχὶ ἄνδρα ἀγρυπνόν τε καὶ ἄσιτον, καὶ ἀτραβῆ τὸν τράχηλον ἔχοντα, καὶ λεπτὸν ὑπὸ μεριμνῶν;] Locus miſere depravatus, ut priſtini leporis non niſi tenuia ſuperſint

ſint veſtigia. Atqui haec diligenter legenda ſunt, ſi forte ad germanam ejus venuſtatem legentem adducant. Et primum quidem *ποθὲν δὴ ; οὐχὶ* facile ſuſpicionem moveant, latere hic Atticam formam *ποθὲν δὲ οὐχὶ*; Deinde *ἄνδρα ἀγρυπνόν τε καὶ ἄσιτον, καὶ τ. λ.* manifeſta habent indicia, opponi haec antecedentibus p. 132. C. *Ἢ οὐκ οἶσθα αὐτὸν, ὅτι τραχηλιζόμενος καὶ ἐμπιμπλάμενος καὶ καθεύδων πάντα τὸν βίον διατετέλεκεν*; ut vel hinc opineris, bene legiſſe Ficinum *cervice molli*, & *ἁβρᾷ* in *εὐῤῥᾳβῇ* mutandum eſſe. Quid multis? Ita hic locus refingendus videtur: *Ἐγὼ μὲν — ᾤμην τὸ λεγόμενον νῦν δὴ τοῦτο καὶ νῦν γνῶναι, ὅτι οἱ μέτριοι πόνοι εὖ ποιοῦσιν ἔχειν τὰ σώματα, ποθὲν δὲ οὐχὶ ; ἄνδρα ἀγρυπνόν τε καὶ ἄσιτον, καὶ εὐῤῥᾳβῇ — Equidem, o Socrates, exiſtimabam, quod modo dictum eſt, e modicis laboribus corpus ſe bene habere, id nunc etiam illum non ignorare, virum ſcilicet inſomnem, inpaſtum, exile habentem collum & curis extenuatum.* Sic feſtive retorquet quod alter in ipſum conjecerat, quum diceret, *hunc nihil habere cum philoſophia commune, craſſum habentem collum, bene paſtum, totam vitam dormiendo tranſigentem.* Quod in marg. annotavit Steph. *ἀτριβῇ τὸν τραχ.* gloſſatoris eſſe putem, qui neſciverit, collum craſſum ſtupiditatis indicium a veteribus eſſe habitnm. Caeterum forma illa *ποθὲν δὲ οὔ*; vel, quod eodem redit, *πῶς δὲ οὐ*; pari ironiae ſuavitate uſus eſt Plato Gorg. 487. A. *Τὼ δὲ ξένω τώδε — σοφὼ μὲν καὶ φίλω ἐγὼν ἐμοὶ, ἐνδεεστέρω δὲ παῤῥησίας, καὶ αἰσχυντηροτέρω μᾶλ-*

λου τοῦ δέοντος· πῶς γὰρ οὔ; ὥγε εἰς τοσοῦτον αἰσχύνης ἐληλύθατον, ὥστε διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι τολμᾷ ἑκάτερος αὐτῶν αὐτὸς αὑτῷ ἐναντία λέγειν — Sic item auctor dialogi *de divitiis*, qui Aeschinis nomine fertur p. 28. Ed. Cler. Πῶς δ' οὐχὶ; ὥγε ὑπάρχει γῆ τε ἄφθονος —;

P. 137. A. Αὖθις δ' αὖ τοὺς Φιλοσόφους ὡμολογήσαμεν, ἕως ἂν οἱ δημιουργοὶ ὦσιν, ἀχρήστους εἶναι· δημιουργοὺς δὲ ἀεὶ εἶναι.] Obscura haec reddit οἱ ante δημιουργοὶ, quod si expungatur, nihil ulterius desideres.

Ibid. Ὁμολογοῦμεν ἄρα, ὡς ἔοικε, κατά γε τὸν σὸν λόγον, εἴπερ τὸ Φιλοσοφεῖν ἐστι περὶ τὰς τέχνας ἐπιστήμονας εἶναι, ὡς σὺ λέγεις, τὸν τρόπον πονηροὺς αὐτοὺς εἶναι, καὶ ἀχρήστους, ἕως ἂν ἐν ἀνθρώποις τέχναι ὦσιν. Ἀλλὰ μὴ οὐχ οὕτως, ὦ φίλε, ἔχουσι, μὴ δὴ τοῦτο Φιλοσοφεῖν, περὶ τὰς τέχνας ἐσπουδακέναι —] Foedis haec mendis contaminata sunt, quibus abstergendis ut operae pretium faciamus, bene intelligendus est disputationis nexus. Dixerat ὁ ἀντερασὴς, illud tandem esse philosophari, si quis omnium artium ad eum certe modum peritus esset, ut eas sermonibus usurpare posset. Deinde vero, interrogante subinde Socrate, eo deductus erat, ut concederet, nullam omnino utilitatem philosophum praestare, quandoquidem ad artes tractandas non ipsius, sed opificum opera requireretur, &, cum inutilis esset, idcirco item malum esse. Nunc autem ea, quae concesserat ille, breviter commemorat Socrates. Hoc monuisse sufficit, ut judicare quis possit de hac conjectura: — πονηροὺς αὖ τοὺς Φιλοσόφους εἶναι, καὶ ἀχρήστους, ἕως ἂν

ἂν ἐν ἀνθρώποις τεχνίται ὦσιν. Ita in antecc. ἕως ἂν (οἱ) δημιουργοὶ ὦσιν. φιλοσόφους in Ficini Cod. apparuiſſe videtur. Quae ſequuntur item corrupta. Et ἔχουσι quidem nemo non videt in ἔχωσι mutandum, alterum vero μὴ δὴ — difficultatem habet. Reponebat Stephanus μηδὲ τοῦτο φ. ſed requiritur verbum, quod ni inſeratur, impedita manebit oratio. Leviter corrigendum: μηδ' ἤ, ut ſcribatur: — μὴ οὐχ οὕτως — ἔχωσι μηδ' ἢ τοῦτο φιλοσοφεῖν —

Theaet. 142. D. Εἶπέ τε ὅτι πᾶσα ἀνάγκη εἴη τοῦτον ἐλλόγιμον γενέσθαι, εἴπερ εἰς ἡλικίαν ἔλθοι. καὶ ἀληθῆ γε, ὡς ἔοικεν, εἶπε. ΤΕΡ. Ἀτὰρ τίνες ἦσαν οἱ λόγοι, ἔχοις ἂν διηγήσασθαι;] Facile quem in ſuſpicionem inducat ἀτὰρ, excidiſſe aliquid, ad quod illud referatur. Suſpicatus certe videtur Ficinus, quippe qui ſuppleverit *certe*. Sed nihil excidit vel ſupplendum eſt. Vitium eſt in diſtinctione. Ad praecedentia illa εἶπέ τε ὅτι π. κ. τ. λ. eleganter reſpondet Terpſion: Καὶ ἀληθῆ γε, ὡς ἔοικεν, εἶπε· ἀτὰρ τίνες κ. λ. Ejusdem in reſpondendo elegantiae eſt Phaedr. p. 227. A. Φησὶ γὰρ ἀκοπωτέρους τῶν ἐν τοῖς δρόμοις εἶναι. ΣΩ. Καλῶς γὰρ, ὦ ἑταῖρε, λέγει· ἀτὰρ — Sophiſta 232. D. Τὰ Πρωταγόρειά μοι φαίνῃ περί τε πάλης καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν εἰρηκέναι. ΞΕΝ. Καὶ πολλῶν γε, ὦ μακάριε, ἑτέρων· ἀτὰρ — Meno p. 79. D. Εἰ γὰρ καὶ μέμνησαι — ἀπεβάλλομεν που τὴν τοιαύτην ἀπόκρισιν — ΜΕΝ. Καὶ ὀρθῶς γε ἀπεβάλλομεν, ὦ Σώκρατες. Cf. Lucian. Conviv. T. III. p. 422. Οὐ μικρὰν λέγεις αἰτίαν τὸ πλουτεῖν τὸν Εὔκριτον· ἀτὰρ τίνες οἱ δειπνοῦντες ἦσαν;

Digitized by Google

P. 149. C. Καὶ μὴν καὶ διδοῦσαί γε αἱ μαῖαι φαρμάκια καὶ ἐπᾴδουσαι, δύνανται ἐγείρειν τε τὰς ὠδῖνας καὶ μαλθακωτέρας ὧν ἂν βούλωνται ποιεῖν· καὶ τίκτειν τε δὴ τὰς δυστοκούσας, καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ ἀμβλίσκειν, ἀμβλίσκουσιν;] Ferre non potuit nec Stephanus nec Abreſchius, *νέον* hoc loco dici *ἀμβλίσκειν*: & ſane minus apte dicitur. Attamen nolim cum Abreſchio tentare *νεόγνον*. Neque enim vel ſic tollatur difficultas, & caetera obſcura relinquantur atque impedita. Ne dubites, quin legendum ſit: — *καὶ ἐὰν ἀνεμιαῖον δόξῃ, ἀμβλίσκειν*; Poſterius *ἀμβλίσκουσι* additum videtur ab eo qui non intelligeret, *ἀμβλίσκειν*, aeque ac *τίκτειν*, a praecedenti *δύνανται ποιεῖν* pendere. Vertendo illud omiſit Ficinus. *Ἀνεμιαῖος* eodem ſenſu ſubinde occurrit in ſeqq. p. 151. E. 157. D. 160. E. 210. B. Praeclaram hanc Socratis & Platonis de hominum indole ſententiam, quâ is qui docet obſtetrici comparatur, egregie exponit Plutarch. Quaeſt. Plat. p. 1000. — *Οὐδὲν ἐδίδασκε Σωκράτης, ἀλλὰ ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀπορίῶν, ὥσπερ ὠδίνων, τοῖς νέοις, ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει καὶ συνεξῆγε τὰς ἐμφύτους νοήσεις· καὶ τοῦτο μαιωτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν, οὐκ ἐντιθεῖσαν ἔξωθεν, ὥσπερ ἕτεροι προσεπισεῖοντο, νοῦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλ' ἔχοντας οἰκεῖον ἐν ἑαυτοῖς, ἀτελῆ δὲ καὶ συγκεχυμένον καὶ δεόμενον τοῦ τρέφοντος καὶ βεβαιοῦντος ἐπιδεικνύουσαν.* Ita hunc locum emendatius edidit Wyttenbachius V. Cl. in Bibl. Crit. Vol. III. P. I. p. 32. Haud diſſimili ratione e verborum veſtigiis corrigendum duxi Rep. VI. 491. D. *Ἔχει δή, οἶμαι, λόγον, τὴν ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριωτέρᾳ οὖσαν τροφῇ, κάκιον ἀπαλλάτ-*

Digitized by Google

λάττειν τῆς φαύλης· Emendo: — ἐν ἀλλοτρίῳ τραφεῖσαν τροφῇ — A qua ſententiâ non abhorret Ficini verſio.

P. 150. A. Τὸ μὲν τοίνυν τῶν μαιῶν, τοσοῦτον· ἔλαττον δὲ τοῦ ἐμοῦ δράματος. οὐ γὰρ πρόσεστι γυναιξὶν ἐνίοτε μὲν εἴδωλα τίκτειν, ἔστι δ' ὅτε ἀληθινά; τοῦτο δὲ μὴ ῥᾴδιον εἶναι διαγνῶναι; εἰ γὰρ προσῆν, μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ἔργον ἦν ἂν ταῖς μαίαις, τὸ κρίνειν τὸ ἀληθές τε καὶ μή.] Nullo hic locus, niſi diſtinctionis, vitio laborat, quod tamen ita eum obſcurum reddit, ut ne probabiliter quidem declarari poſſit. Diſtinguendum: — ἀληθινά, τοῦτο δὲ μὴ ῥ. ε. διαγνῶναι· εἰ κ. λ. *Neque enim ita ſe res habet, ut foeminae etiam aliquando ſimulacra, aliquando vera pariant, & hoc ſit ad dignoſcendum difficile. Nam ſi hoc item in foeminis cerneretur &c.* Δρᾶμα non ſemel venuſto hujusmodi ſenſu apud Platonem obvium eſt, veluti infra p. 169. B. Σὺ δέ μοι δοκεῖς πρὸς τὸν Σιλῆνα μᾶλλον τείνειν· Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ ἀπιέναι ἢ ἀποδύεσθαι κελεύουσι· σὺ δὲ κατ' Ἀνταῖόν τι μοι μᾶλλον δοκεῖς τὸ δρᾶμα δρᾷν. Symp. p. 222. D. ubi Socrates ab Alcibiade Silenis & Satyris comparatus, ἀλλ' οὐκ ἔλαθες, inquit, ἀλλὰ τὸ Σατυρικόν σου δρᾶμα τοῦτο καὶ Σειληνικὸν κατάδηλον ἐγένετο. Rep. V. p. 451. C. Τάχα δὲ οὕτως ἂν ὀρθῶς ἔχοι, μετὰ τὸ ἀνδρεῖον δρᾶμα παντελῶς διαπεραν θὲν, τὸ γυναικεῖον αὖ περαίνειν. Conf. Polit. p. 303. C. & Lucian. T. I. p. 69. & 665.

Ibid. E. Πολλοὶ ἤδη τοῦτο ἀγνοήσαντες, καὶ ἑαυτοὺς αἰτιασάμενοι, ἐμοῦ δὲ καταφρονήσαντες, ἢ αὐτοὶ ὑπ' ἄλλων πεισθέντες, ἀπῆλθον πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος]

Non facile probabilem elicies ſenſum ex illis ἢ αὐτοὶ ὑπ' ἄλλων πεισθέντες. Quid vero, ſi poſt αὐτοὶ inſeramus ἢ, legentes: ἢ αὐτοὶ ἢ ὑπ' ἄλλων πεισθέντες? Sic profecto, ni fallor, nil erit in quod offendere aliquis poſſit. Αὐτὸς pro αὐτόματος & alibi apud Platonem occurrit, & Lyſide p. 206. D. Καλεσάτω οὖν οὗτος αὐτὸν, ἐὰν ἄρα μὴ προσίῃ αὐτός. — Qua ſignificatione αὐτὸς ſaepe latuit Interpretes, ſed ſaepius etiam, ubi *ſolus* notat, veluti Parmen. 137. A. Κἀγώ μοι δοκῶ μεμνημένος μάλα Φοβεῖσθαι πῶς χρὴ τηλικόνδε ὄντα διανεῦσαι τοσουτόν τε καὶ τοσοῦτον πλῆθος λόγων. ὁμῶς δὲ δεῖ γὰρ χαρίζεσθαι, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ζήνων λέγει· οἱ αὐτοὶ γάρ ἐσμεν· Cujus loci poſtrema verba corrupta cenſens Cornarius pro αὐτοὶ tentavit παῦροι: nam οἱ ante αὐτοὶ in nulla exſtat Vetere Edit. ſed e Stephani conjectura ortum eſt. Similiter Ficino aqua haeſit in ſimili ſententia Protag. 309. A. Καὶ μήν μοι καὶ πρωὴν ἰδόντι καλὸς μὲν ἐφαίνετο ἀνὴρ ἔτι· ἀνὴρ μέντοι, ὦ Σώκρατες (ὅσον' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρῆσθαι) καὶ — Vertit enim: *jam vir inquam, qui poſſit ſcilicet inter nos ipſos cenſeri.* Utroque loco αὐτὸς *ſolus* notat, ut in altero reddendum ſit: *ſoli enim ſumus*, in altero autem: *ut coram inter nos dicamus.* Locutio haec non eſt infrequens: Legg. VIII. 836. B. Περὶ δὲ τῶν ἐρώτων (αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν) ἐναντιοῦνται παντάπασιν. Ariſtoph. Theſmoph. vſ. 478.

Ὅμως δ' ἐν ἀλληλῇσι χρὴ δοῦναι λόγον,
Αὐτὰι γὰρ ἐσμὲν.

Ibid.

Ibid. vſ. 548. Lucian. D. D. T. I. p. 230. Ταῦτα δ' οὖν οὐκ ἐγίνετο ἐπὶ τοῦ Κρόνου (αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν) οὐδ' ἀπόκοιτος ἐκεῖνος παρὰ τῆς Ῥέας ἦν. Xenoph. Symp. c. 4. §. 25. Καί τοι νὴ τοὺς θεούς, ὦ ἄνδρες, δοκεῖ μοί γε (ὡς ἐν ὑμῖν αὐτοῖς εἰρῆσθαι) οὗτος καὶ πεφιληκέναι τὸν Κλεινίαν. De hac loquendi forma vid. Hemſterh. ad Lucian. l. c. Caeterum in Parmenide, quod bene vidit Cornarius, pro πλῆθος e Ficini verſione omnino recipiendum πέλαγος. Adſcribere hic juvat ejusdem fere ſententiae elegantiſſimum locum Rep. V. p. 453. C. Ταῦτ' ἐστὶν — ἃ ἐγὼ πάλαι προορῶν ἐφοβούμην τε καὶ ὤκνουν ἅπτεσθαι τοῦ νόμου τοῦ περὶ τὴν τῶν γυναικῶν καὶ παίδων κτῆσιν καὶ τροφήν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη· οὐ γὰρ εὐκόλῳ ἔοικεν. Οὐ γάρ, εἶπον. ἀλλὰ δὴ ὧδ' ἔχει· ἄντέ τις εἰς κολυμβήθραν μικρὰν ἐμπέσῃ, ἄντε εἰς τὸ μέγιστον πέλαγος μέσον, ὅμως γε νεῖ οὐδὲν ἧττον — οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον, καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου, ἤτοι δελφῖνά τιν' ἐλπίζοντας ἡμᾶς ἀπολαβεῖν (malim ὑπολαβεῖν) ἂν ἤ τινα ἄλλην ἄπορον σωτηρίαν. Ita Damaſcii illud apud Suidam in Δῶρος: *in magnum ſe veritatis pelagus quaſi expanſis velis immittere*: ἀνεπέτασεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν εἰς μέγα πέλαγος τῆς ἀληθείας. Quod colorem duxiſſe videtur ex Platonis πέλαγος τοῦ καλοῦ Symp. p. 210. D. Huc certe reſpexit Themiſt. Or. XIII. 177. C. Μετὰ γὰρ τοὺς νόμους πέλαγος φῆς ἀναφαίνεσθαι τοῦ κάλλους· τοῦτο γοῦν τὸ πέλαγος σὺ μὲν ἄλλοθεν που καθήμενος (καθήμενον legit Petav.) λέγεις ἐν χώρῳ ἀπῳκισμένῳ τῆς ἡμετέρας ἐνόψεως. Quod poſtremum pertinet ad Rep. VI. 499. C.

Ei

Εἰ τοίνυν ἄκροις εἰς φιλοσοφίαν πόλεως τὶς ἀνάγκη ἐπιμεληθῆναι ἢ γέγονεν ἐν τῷ ἀπείρῳ τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, ἢ καὶ νῦν ἔστιν ἔν τινι βαρβαρικῷ τόπῳ, πόρρω που ὄντι τῆς ἡμετέρας ἐπόψεως κ. τ. λ. Locum Symposii respexit item Alcinous de Doctr. Platon. c. 10. p. 478. in edit. quam Maximo Tyrio subjunxit Heinsius. Eâdem metaphorâ magnifice plane usus est Plutarchus Reip. ger. praec. p. 804. D. Οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς ὥσπερ ἐξ ἄκρας πελαγίου, πράξεως ἐπιφανοῦς καὶ μεγάλης, ἐχούσης δὲ τόλμαν, ἄραντες, ἀφῆκαν ἐπὶ τὴν πολιτείαν κ. τ. λ. *A splendido quodam & magno facinore, veluti a promontorio quodam in altum procurrente solventes, in Rempublicam dant vela.* Sed ne ulterius etiam excurramus, revertamur ad Theaetetum. Quod in sequentibus occurrit, καὶ οὐκ οἴονται εὐνοίᾳ τοῦτο ποιεῖν· πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι, ὅτι οὐδεὶς θεὸς δύσνους ἀνθρώποις· οὐδ' ἐγὼ δυσνοίᾳ τοιοῦτον οὐδὲν δρῶ· ita laudatur a Plutarcho Quaest. Platonic. p. 999. D. ut post οἴονται insertum sit με, quod omnino requiritur. V. Bibl. Crit. Vol. III. P. I. p. 15. ubi Vir summus loci hujus rationem egregie explicat. Caeterum huc respexit Themist. Orat. XXI. p. 254. A. Καὶ οἰόμεθα ὑπὸ ζήλου τε καὶ βασκανίας σκυβαλίζειν καὶ διαπτύειν ὃν ἡμεῖς διὰ ταύτην τὴν φαντασίαν μονονοὺκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρομεν, πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι ὅτι οὐδεὶς σοφὸς δύσνους τῷ ὁμοίῳ. Cujus loci prior pars est ex Platone Rep. X. p. 600. D. Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται, ὥστε μονονοὺκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι.

P. 153. C. Καὶ ἐπὶ τούτοις, τὸν κολοφῶνα ἀναγκάζω,

ξω, προσβιάζων τὴν χρυσῆν σειρὰν, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει καὶ δηλοῖ· ὅτι κ. λ.) Perturbatus depravatusque locus hac forte ratione bene conſtitui poſſit: καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα προσβιβάζων, ἀναγκάζω τὴν χρυσῆν σειρὰν ὡς — καὶ δηλοῖ, ὅτι κ. λ. προσβιβάζων, quod de colophone operi imponendo apprime dicitur, ſumſi ex lectione Stephani marginali προσβιβάζω, & Scholiaſtae lectione προσβιβάζειν. ἀναγκάζειν *affirmandi*, *ſtatuendi*, *urgendi* ſignificatione occurrit item infra p. 196. B. Καὶ τούτῳ αὐτῷ ἠναγκάζομεν μὴ εἶναι ψευδῆ δόξαν. Cratyl. 432. C. καὶ οὐκ ἀναγκάζειν, ἐάν τι ἀπῇ ἢ προσῇ, μηκέτι αὐτὴν εἰκόνα εἶναι; — καὶ μὴ ἀναγκάζε πάντ' ἔχειν τὰ γράμματα Polit. 284. B. καθάπερ ἐν τῷ σοφιστῇ προσηναγκάζομεν εἶναι τὸ μὴ ὄν. Ad Scholiaſtae notam haec a Ruhnkenio annotata reperi: „ Euthyd. p. 227. B. Legg. II. „ p. 584. C. F. Epiſt. 709. C. Julian. p. 261. Ari„ ſtaen. p. 72. Ariſtid. T. I. p. 39. T. II. p. 73. „ Schol. T. II. p. 261. Strabo p. 952. Bibl. Lau„ rent. T. I. p. 216. Append. Vatic. p. 288. & Schott. „ Conv. App. Vatic. p. 317. Conv. Suid. v. τὸν κολ. „ Apoſtol. p. 237. Heſych. v. Etym. p. 525. Wyt„ tenb. ad Plut. (de S. N. V.) p. 22. ad Herod. „ (Sel. Hiſt.) p. 441. Themiſt. p. 32, 288. Weſſ. „ ad Diod. V. II. p. 40." Ad παιώνιον, quod in Scholio occurrit, adſcriptum eſt: „ Valeſ. Emend. p. 92. „ & Burm. p. 228. Maſſon. vita Ariſtid. p. 49. Ignar„ ra de Palaeſt. Neap. p. 74. Philoſtrat. p. 143. „ Athen. p. 424. E."

Ibid. D. Ὑπόλαβε τοίνυν, ὃ δὴ καλεῖς χρῶμα λευ-

κὸν, μὴ εἶναι αὐτὸ ἕτερόν τι ἔξω τῶν σῶν ὀμμάτων μηδ' ἐν τοῖς ὄμμασι· μηδέ τιν' αὐτῷ χώραν ἀποτάξῃς· ἤδη γὰρ ἂν εἴη τε ἄν που ἐν τάξει καὶ μένοι, καὶ οὐκ ἂν ἐν τῇ γενέσει γίγνοιτο.) Vitioſum eſt ἕτερόν τι. Neque enim de albo ſermo eſt, quid ſit vel quale, ſed, ubinam ſit. Satis id oſtendunt illa: μηδέ τιν' αὐτῷ χώραν ἀποτάξῃς & quae ſequuntur. Requiritur omnino ἑτέρωθι. Pro ἐν ante τῇ γενέσει, quod inepte hic poſitum videtur, malim ἔτι: aptiſſime hoc antecedenti ἤδη opponatur.

P. 154. A. Ἦ σὺ διϊσχυρίσαιο ἂν ὡς οἷόν σοι φαίνεται ἕκαστον χρῶμα, τοιοῦτον καὶ κυνὶ καὶ ὀτῳοῦν ζώῳ; ΘΕΑΙ. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ΣΩ. Τί δ' ἄλλῳ ἀνθρώπῳ ἆρ' ὅμοιον καὶ σοὶ φαίνεται ὁτιοῦν, ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς, ἢ πολὺ μᾶλλον, ὅτι οὐδέ σοι αὐτῷ ταυτὸν, διὰ τὸ μηδέποτε ὁμοίως αὐτὸν σεαυτῷ ἔχειν;) De vitio hunc locum ſuſpectum habens & Stephanus & Fiſcherus, uterque eum corrigere conatus eſt, alter conjiciens: τί δὲ; οἷον ἄλλῳ α. α. ο. κ. σ. φαίνεσθαι — alter interpunctionem immutans hoc modo: — ὁτιοῦν; ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς; ἢ — Neutrius mihi ratio placet, ſed ſuâ ſe ſimplicitate commendare videtur haec, ut emendemus: τί δ'; ἄλλῳ ἀνθρώπῳ ἆρ' ὅτι ὅμ. — Senſus: *Quid? Alteri & tibi ſimile apparere idem, hoc affirmare audeas? An vero multo affirmes lubentius, ne tibi quidem ipſi idem diverſis temporibus ſimile apparere, propterea, quod te tibi ipſum non ſemper ſimiliter habes?*

Ibid. E. Ὅτε δ' οὕτως ἔχει, ἄλλο τι ἢ ῥῆμα, ὡς πάνυ πολλὴν σχολὴν ἄγοντες, πάλιν ἐπανασκεψόμεθα,

οὗ

οὐ δυσκολαίνοντες, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμᾶς αὐτοὺς ἐξετάζοντες, ἆττά ποτ' ἐστὶ ταῦτα τὰ φάσματα ἐν ἡμῖν. ὧν πρῶτον ἐπισκοποῦντες, φήσομεν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, μηδέποτε μηδὲν ἂν μεῖζον μηδὲ ἔλαττον γενέσθαι, μήτε ἑγκῳ, μήτε ἀριθμῷ, ἕως ἴσον ἂν εἴη αὐτὸ ἑαυτῷ.) Duplicem haec habent difficultatem. Nam primum; cum ἄλλο τι ἢ, a quo caetera omnia pendent, interroganter ea accipere nos jubeat, ὡς ἐγὼ οἶμαι interroganter accipi nequit. Deinde tria illa, quae in ſeqq. memorantur, non ſunt φάσματα, ſed, uti ipſe ait Socrates, ὁμολογήματα, & tamen hic φάσματα dici videntur. Utramque tollemus difficultatem, ſi ita corrigamus: — ἆττα π. ε. τ. τ. Φ. ε. ἡμῖν; ΘΕΑΙ. Τί μήν; ΣΩ. Πρῶτον οὖν ἐπισκ. Nemo non videt TI MHN ab HMIN quam facile abſorberi potuerit. Ad hujus loci Scholion adſcripſit Ruhnkenius: „ Miſcell. Obſerv. T. V. p. 238. Theaet. „ p. 124. E."

P. 158. E. — Ὦ Θεαίτητε, ὃ ἂν ἕτερον ᾖ παντάπασι, μή πη τινὰ δύναμιν τὴν αὐτὴν ἕξει τῷ ἑτέρῳ; καὶ μὴ ὑπολάβωμεν τῇ μὲν ταυτὸν εἶναι ὃ ἐρωτῶμεν, τῇ δὲ, ἕτερον; ἀλλ' ὅλως ἕτερον; ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον τοίνυν ταυτόν τι ἔχειν ἢ ἐν δυνάμει, ἢ ἐν ἄλλῳ ὁτῳοῦν ὅταν ᾖ κομιδῇ ἕτερον. ΣΩ. Ἆρ οὖν —) Nemo, credam, hunc locum accurate legat quin continuo offendat in Theaeteti reſponſum, quod ab ejus perſona plane apparet alienum. Neque etiam facis bene ſe habere videtur praecedens interrogatio. Forte haec ita refingenda ſunt: — τῇ δὲ, ἕτερον; ΘΕΑΙ. Οὐκ· ἀλλ' ὅλως ἕτερον ΣΩ. Ἀδύνατον τ. — ἕτερον; ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον. ΣΩ.

Ἆρ' οὖν κ. τ. λ. *Quod omnino alterum eſt, an aliquâ parte idem, aliquâ alterum exiſtimemus? Th. Minime: ſed penitus illud alterum exiſtimandum eſt. So. Fieri igitur non poteſt —?*

P. 162. E. Interrogat Socrates Theaetetum, quidnam reſponderet, ſi diceret Protagoras: σκοπεῖτε οὖν σύ τε καὶ Θεόδωρος εἰ ἀποδέξεσθε πιθανολογίᾳ τε καὶ εἰκόσι περὶ τηλικούτων λεγομένους λόγους. Reſpondet Theaetetus: ἀλλ' οὐ δίκαιαν, ὦ Σώκρατες, οὔτε σὺ οὔτε ἂν ἡμεῖς φαῖμεν. Quod reſponſum manifeſte corruptelâ laborat: ita vero reſtituendum videtur: ἀλλ' οὐ δίκαιον — οὔτε σε οὔτε ἂν ἡμᾶς φαῖμεν. Intelligitur ex antecc. ἀποδέξασθαι. *Diceremus, neque te, neque nos oportere hujusmodi orationem de tantis rebus probare.*

P. 164. A. Δεῖγε μέντοι, εἰ σώσειμεν τὸν πρόσθεν λόγον· εἰ δὲ μή, οἴχεται. ΘΕΑΙ. Καὶ ἐγὼ, νὴ τὸν Δία, ὑποπτεύω, οὐ μὴν ἱκανῶς γε συννοῶ· ἀλλ' εἰπὲ πῆ. ΣΩ. Τῇδε. ὁ μὲν ὁρῶν —) Minime illa καὶ ἐγὼ νὴ τὸν Δ. — Theaeteti conveniunt perſonae, ſed unius eſſe poſſunt Socratis verba: quod magis etiam apparebit, ſi locus ita conſtituatur, ut ejus ratio poſtulari videtur: — εἰ δὲ μή, οἴχεται· καὶ ἐγὼ, νὴ τὸν Δία, ὑποπτεύω, οὐ μὴν ἱκανῶς γε συννοῶ· ἀλλ' ἔπου. ΘΕΑΙ. Πῇ; ΣΩ. Τῇδε· ὁ μὲν ὁρῶν — Similiter & alibi Plato & Polit. 258. E. μᾶλλον δέ μοι δεῦρο ἕπου. ΝΕΟΣ ΣΩ. Πῇ; ΞΕΝ. Τῇδε· εἴ τῳ τις κ. λ. Lepide σώζειν & οἴχεσθαι de illa Theaeteti definitione dicitur, tanquam multum quaerendo & quaſi venando capta, ac continuo aufugiente, niſi bene cuſto-

Digitized by Google

cuſtodiatur ac ſervetur. Ejusdem eſt venuſtatis infra p. 203. D. Καὶ οὕτως ἡμῖν ὁ καλὸς λόγος ἀποδεδρακὼς οἰχήσεται — οὐ γὰρ καλῶς αὐτὸν φυλάττομεν. Polit. p. 284. B. Πότερον οὖν καθάπερ ἐν τῷ σοφιστῇ προσηναγκάσαμεν εἶναι τὸ μὴ ὄν, ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο διέφυγεν ἡμᾶς ὁ λόγος. Hipp. Maj. 294. E. Βαβαὶ, οἴχεται ἄρα ἡμᾶς διαπεφευγὼς, ὦ Ἱππία, τὸ καλὸν γνῶναι, ὅ, τι ποτ' ἐστίν. Themiſt. Orat. IV. p. 59. B. Ὅθεν δὲ ὡρμήθη ὁ λόγος τὰ δείγματα ὑμῖν συλλέξασθαι τῆς βασιλέως εὐνοίας, ἀκούσατε αὐτοῦ — ἢ διαφεύξεται ὑμᾶς ὑπ' εὐλαβείας ζόφῳ καὶ ἀσαφείᾳ συγκαλύψας ὥσπερ ἀχλύϊ. Numenius apud Euſeb. Praep. Euang. p. 537. C. ἔγω μὲν ἐκεῖνα ἄῤῥητα, μέτειμι δὲ ἐλεῖν τὸν λόγον ἑτέρωθεν θηράσας· πρὸ μέντοι τοῦ λόγου τῆς ἁλώσεως διομολογησώμεθα — Lach. 194. B. Νοεῖν μὲν γὰρ ἔμοιγε δοκῶ περὶ ἀνδρίας, ὅ, τι ἐστὶν· οὐκ οἶδα δ' ὅπη με ἄρτι διέφυγεν, ὥσε μὴ ξυλλαβεῖν τῷ λόγῳ αὐτὴν, καὶ εἰπεῖν ὅ, τι ἐστίν. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ φίλε, τὸν ἀγαθὸν κυνηγέτην μεταθεῖν χρὴ, καὶ μὴ ἀνιέναι. In primis Rep. IV. 432. B. Νῦν δὴ ἡμᾶς δεῖ, ὥσπερ κυνηγέτας τινὰς, θάμνον κύκλῳ περιϊσασθαι, προσέχοντας τὸν νοῦν μή πη διαφύγῃ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἀφανισθεῖσα, ἄδηλος γένηται. Φανερὸν γὰρ δὴ ὅτι ταύτη πη ἐστίν. ὅρα οὖν καὶ προθυμοῦ κατιδεῖν, ἐάν πως πρότερον ἐμοῦ ἴδῃς, καὶ ἐμοὶ φράσῃς — καί μοι δύσβατος γέ τις ὁ τόπος φαίνεται καὶ ἐπίσκιος· ἔστιν οὖν σκοτεινὸς, καὶ δυσδιερεύνητος, ἀλλὰ γὰρ ὅμως ἰτέον. Ἰτέον γὰρ, ἔφη. Καὶ ἐγὼ κατιδὼν, Ἰοὺ, ἰοὺ, εἶπον, ὦ Γλαύκων, κινδυνεύομεν τὶ ἔχειν δοκεῖν ἴχνος· καί μοι δοκεῖ οὐ πάνυ τι ἐκφευξεῖσθαι ἡμᾶς. Quem locus adſcripſimus to-

tum, ut moneremus, quod Interpretes latuit, ob mentem eum verſatum fuiſſe Themiſtio Orat. XXI. D. 254. D. Ἔϛι δέ που καὶ ἐν τῷ κυνηγεσίῳ τῆϛ ἀληθείαϛ πολλὰ δύσβατα καὶ ἐπίσκια καὶ τῷ καθ' αὑτὸν μετιόντι δυσδιερεύνητα — & Orat. XXII. 271. C. Cf. Wyttenbach. V. Cl. Ep. Crit. p. 41 & 42.

P. 170. C. Σκόπει γὰρ, ὦ Θεόδωρε, εἰ θέλει ἄν τις τῶν ἀμφὶ Πρωταγόραν ἢ σὺ αὐτὸς διαμάχεσθαι ὡϛ οὐδεὶϛ ἡγεῖται ἕτερος ἑτέρου ἀμαθῆ τε εἶναι καὶ ψευδῆ δοξάζειν. ΘΕΟ. Ἀλλ' ἄπιϛον, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Καὶ μὴν εἰϛ τοῦτό γε ἀνάγκηϛ ὁ λόγοϛ ἥκει ὁ πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον λέγων. ΘΕΟ. Πῶϛ δή; ΣΩ. Ὅταν σὺ κρίνας τι παρὰ σαυτῷ, πρὸϛ ἐμὲ ἀποφαίνῃ περί τινοϛ δόξαν, σοὶ μὲν δὴ τοῦτο κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον ἀληθὲϛ ἔϛω —) Omnino ſunt haec ad declarandum difficilia, cum argumenti ſubtilitate, tum magis etiam operarum incuriâ. Attamen conandum eſt, ſi forte has tenebras diſpellere poſſimus. Et maxima quidem difficultas ineſt in priore loci parte. Quid enim Protagorae incredibile videri poſſit, neminem nemini falſa opinari videri. Hoc enim ex ipſius Protagorae placito efficitur, nihil eſſe falſum. Sed in primis augetur difficultas, ſi in ſequentibus Socratis argumentationem attendimus, quam ſi meditate quis conſiderat, non dubito, quin hanc unice lectionem probaturus ſit: — διαμάχεσθαι ὡϛ οὐδεὶϛ ὃϛ οὐχ ἡγεῖται κ. τ. λ. *Neminem eſſe quin exiſtimet.* Sic demum bene intelligas hanc diſputationis concluſionem: τί οὖν; βούλει λέγωμεν ὡϛ σὺ τότε σαυτῷ μὲν ἀληθῆ δοξάζειϛ, τοῖϛ δὲ μυρίοιϛ ψευδῆ; ΘΕΟ. Ἔοι-

κεν

κεν ἔκ γε τοῦ λόγου ἀνάγκη εἶναι· uti & ſequentia, quae hanc omnino correctionem requirere videntur. Deinde legam: ὅταν σὺ κρίνας τι περί τινος παρὰ σαυτῷ, πρὸς ἐμὲ ἀποφαίνῃ τὴν δόξαν, σοὶ μὲν — Vulgata obſcura eſt atque impeditam habet interpretationem. — Quod in ſequentibus occurrit: ἐξ ἁπάντων ἆρα ἀπὸ Πρωταγόρου ἀρξαμένων ἀμφισβητήσεται, μᾶλλον δὲ ὑπό γε ἐκείνου ὁμολογήσεται· ὅταν τἀναντία λέγοντι συγχωρῇ ἀληθῆ αὐτὸν δοξάζειν, τότε καὶ ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς συγχωρήσεται, μήτε κύνα κ. λ. priorem loci partem intellexit Ficinus de ſcriptis Protagorae. Vertit enim: *ex omnibus igitur, quae Protagoras edidit, ambigetur.* Sed ἐξ ἁπάντων accipiendum pro ὑφ' ἁπάντων. Exquiſita eſt dictio: πάντων ἀπὸ Πρωταγόρου ἀρξαμένων. Sympoſ. 173. D. Καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλίους ἡγεῖσθαι πλὴν Σωκράτους, ἀπὸ σαυτοῦ ἀρξάμενος. Gorg. 471. C. Καὶ ἴσως ἔστιν ὅστις Ἀθηναίων ἀπὸ σοῦ ἀρξάμενος, δέξαιτ' ἂν ἄλλος ὁστισοῦν Μακεδόνων γενέσθαι μᾶλλον ἢ Ἀρχέλαος. Rep. VI. 498. C. Τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκουόντων προθυμότερον ἔτι ἀντιτείνειν — ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξαμένους. Alcib. I. p. 121. A. Ἀλλὰ τὰ μὲν τούτων, ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενα, βασιλεῖς εἰσὶν ἐκ βασιλέων. Sophiſta 142. D. Τὸ δὲ παρ' ἡμῶν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον. Quibus locis ſatis confirmatur lectionis bonitas Alcib. I. p. 104. A. Τὰ γὰρ ὑπάρχοντά σοι, μεγάλα εἶναι, ὥστε μηδενὸς δεῖσθαι, ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα, τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχήν. ut retinendum ἀρξάμενα, nec cum Cl. Gottlebero ἀρξάμενον reponendum cenſeamus. Hujus autem ve-

nu-

nuſtatem loci in imitationem vocavit Porphyr. de Abſtin. L. I. §. 57. p. 100. Ὅσῳ ὁ πάντων πατὴρ ἁπλούστερος, καὶ καθαρώτερος, καὶ αὐταρκέστατος, — τόσῳ τὸν προσιόντα αὐτῷ παντοίως καθαρόν τε καὶ ἀγνὸν εἶναι προσήκει ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ σώματος καὶ τελευτῶντα εἰς τὸ εἷσω. — Poſterior loci pars ſubobſcura eſt, ut aſſequi eam non potuerit Interpres. Nec tamen immutandum eſt aliquid, ſed diligenti interpretatione expedienda ſunt omnia. Difficultas inde exſiſtit, quod verba: ὑπό γ' ἐκείνου ὁμολογήσεται repetantur in his: τότε καὶ ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς συγχωρήσεται· quam repetitionem ſi legendo omittas, dilucidam habebis ſententiam. Sic ἀμφισβητήσεται & ὁμολογήσεται, quae nullam habere apodoſin videntur, ad poſtrema μήτε κύνα, μήτε τὸν ἐπιτυχόντα ἄνθρωπον μέτρον εἶναι referantur. Eadem fere occurrit, ſive repetitio, ſive redundantia Euthyphr. 5. E. Ἐπεὶ, ὦ Σώκρατες, θέασαι ὡς μέγα σοι ἐρῶ τεκμήριον τοῦ νόμου ὅτι οὕτως ἔχει, ὃ καὶ ἄλλοις ἤδη εἶπον, ὅτι ταῦτα ὀρθῶς ἂν εἴη οὕτω γιγνόμενα, μὴ ἐπιτρέπειν τῷ ἀσεβοῦντι, μηδ' ἂν ὀσιοσῦν τυγχάνῃ ὤν. Ubi iteratur τοῦ νόμου ὅτι οὕτως ἔχει in ὅτι ταῦτα ὀρθῶς ἂν εἴη οὕτω γιγνόμενα. Item Lach. 185. A. Τίεων γάρ που ἢ χρηςῶν ἢ τἀναντία γενομένων, καὶ πᾶς ὁ οἶκος ὁ τοῦ πατρὸς οὕτως οἰκήσεται, ὁποῖοι ἄν τινες οἱ παῖδες γένωνται. Ubi eleganter ex antecedentibus repetitur ὁποῖοι α. τ. ο. π. γ. Caeterum ex hac Platonis conſuetudine de clarandus eſt Critias p. 106. B. — παραδίδομεν — Κριτίᾳ τὸνδεξῆς λόγον. ΚΡ. Ἀλλ', ὦ Τίμαιε, δέχομαι μὲν ᾧδε, ᾧ σὺ καταρχὰς ἐχρήσω, συγγνώμην αἰτούμενος ὡς

πε-

περὶ μεγάλων μέλλων λέγειν, ταυτὸν καὶ νῦν ἐγὼ τοῦτο παραιτοῦμαι· μειζόνως δὲ αὐτοῦ τυχεῖν ἔτι μᾶλλον ἀξιῶ — Quem locum ita tentavit Stephanus, ut legendum putaret vel: δέχομαι μὲν· ᾧ δὲ σὺ κατ. vel: δέχομαι μὲν τόνδε· ᾧ δὲ σὺ κατ. Sed nil movendum. Verba ταυτὸν καὶ νῦν ἐγὼ τοῦτο παραιτοῦμαι· repetuntur ex antecedentibus. Senſus huc redit: *Accipio equidem eodem, quo tu feciſti, modo, quum veniam rogares — plenius vero etiam hanc me veniam impetraturum confido.* —

P. 173. D. Εὖ δὲ ἢ κακῶς τι γέγονεν ἐν πόλει, ἢ τί τῳ κακὸν ἔστιν ἐκ προγόνων γεγονὸς ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάττης; λεγόμενοι χόες.) Hunc locum adſcripſimus, ut ipſi comparantes Themiſt. Orat. XXI. 262. B. Οὐδὲ γὰρ εἰ κακῶς τι γέγονεν ἐν τῇ πόλει, ἤτοι τι κακὸν ἔστιν ἐκ προγόνων γεγονὸς, ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ πρὸς γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν, ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες· alterum ex altero corrigamus. Et ex Themiſtio quidem Plato τι τῳ κακὸν pro τί τῳ κακὸν recipiat, hic autem illi οὐδὲ γὰρ εὖ ἢ κακῶς reſtituat. Laudat hunc locum Porphyr. de Abſtin. L. I. p. 60. ſqq. His ita conſcriptis, Ruhnkenii annotata ad hujus loci Scholion inſpiciens, hos auctores citatos reperi: „ Ammian. Marc. p. 68. Lucan. V. 182. „ Pindar. Pyth. IX. 84. Them. p. 97, 262. Lucian. „ T. II. p. 398. Ariſtid. T. I. p. 18."

P. 175. B. Ὅταν δέ γε τινὰ αὐτὸν, ὦ Φίλε, ἐλκύσῃ ἄνω καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτῶν ἐκβῆναι ἐκ τοῦ Τί ἐγώ σε ἀδικῶ ἢ σὺ ἐμὲ, εἰς σκέψιν αὖ τῆς δικαιοσύνης τε

τε καὶ ἀδικίας — ἢ ἐκ τοῦ Εἰ βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος τ' αὖ πολὺ χρυσίον, εἰς βασιλείας πέρι καὶ ἀνθρωπίνης ὅλως εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ἐπίσκεψιν, ποίω τέ τινε ἐχὸν, καὶ τίνα τύπον ἀνθρώπου Φύσει προσήκει τὸ μὲν κτήσασθαι αὐτῶν, τὸ δὲ ἀποφυγεῖν.) Repudiatis variis Stephani conjecturis, una haec mihi veriſſima videtur, quâ τινὰ αὐτὸν puſillâ immutatione in τινὰ αὐτῶν convertatur. Senſus, quem minime aſſequebatur Interpres, hujusmodi eſt: *at vero ſi philoſophus eorum aliquem* (qui ipſi illuſerunt) *ſurſum ducit, hic autem duci ſe patitur, & ex illo: Quid te laedo equidem? ad juſtitiae injuſtitiaeque contemplationem aſſurgere cupit — tum vice ſuâ riſu dignus eſt & vicem rependit philoſopho.* Remedio item indigere videtur κεκτημένος τ' αὖ πολὺ χρυσίον, pro quo conjeci κεκτημένος πάνυ πολὺ χρ. Caeterum non magnopere mihi placet ἀνθρώπου Φύσει προσήκει τὸ μὲν κτ. Praeferam ἀνθρώπῳ vel ἀνθρώπων: *hominem naturâ decet.* Elegantem in ſequentibus dictionem πλείω ἀεὶ ἐπιῤῥέοντα, καταχώσει ἡμῶν τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον imitando expreſſit Themiſt. Orat. XVIII. 220. A. Καὶ ὁπόταν μοι ἐπὶ νοῦν ἔλθοι πρᾶξίν τινα παρά σου πεπραγμένην, ἢ καλῶς ῥηθέντα λόγον, ἀδεκάστῳ ὕμνῳ ἐπικοσμῆσαι, εὐθὺς ἐπιῤῥέοντα ἄλλα καὶ ἄλλα πολλὰ τὰ ἑφεξῆς, καταχώννυσί τε καὶ ἐπισκιάζει ἐφ' ἃ ὥρμηθην. Cf. Gorg. 512. B. Καί τοι εἰ βούλοιτο λέγειν, ὦ Καλλίκλεις, ἅπερ ὑμεῖς, σεμνύνων τὸ πρᾶγμα, καταχώσειεν ἂν ἡμᾶς τοῖς λόγοις, λέγων καὶ παρακαλῶν ἐπὶ τὸ δεῖν γίγνεσθαι μηχανοποιούς.

P. 178.

P. 178. A. Ὅταν γὰρ νομοθετώμεθα, ὡς ἐσομένους ὠφελίμους τοὺς νόμους τιθέμεθα εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. τοῦτο δὲ, μέλλον μᾶλλον ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν) Dura haec & contorta, ut ferri non poſſe videantur: ſed mollia eadem ac ſonora, ſi Platonicam reſtitueris dictionem: τοῦτο δὲ τὸ μέλλον λέγοντες, μᾶλλου ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν.

P. 179. B. Ἐκείνῃ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, μάλιστα ἁλίσκεσθαι ὁ λόγος ἁλισκόμενος· καὶ ταύτῃ, ᾗ τὰς τῶν ἄλλων δόξας, κυρίας ποιεῖ.) Non video equidem, nec facile quemquam videre puto, quo referendum ſit ἐκείνῃ, ſi a ταύτῃ diſtinguatur. Nam in antecedentibus, quo pertinere poſſit, nihil reperio. Deinde illud ἁλισκόμενος otioſe atque inficete redundare videtur. Forte ad loci ſanitatem non niſi leviſſima hac immutatione opus eſt — ὁ λόγος, ἁλισκόμενος ταύτῃ, ᾗ —

Ibid. E. Sermo eſt de garrulis iſtis Heracliti ſectatoribus, quibuscum, ait Theodorus, non magis colloqui quam cum furentibus licet. Cujus rei hanc affert rationem: ἀτεχνῶς γὰρ καὶ τὰ συγγράμματα φέρονται· τὸ δ' ἐπιμεῖναι ἐπὶ λόγῳ καὶ ἐρωτήματι καὶ ἡσυχίως ἐν μέρει ἀποκρίνασθαι καὶ ἐρέσθαι, ἧττον αὐτοῖς ἔνι ἢ τὸ μηδέν· obſcuram ſane illam nec facilem ad intelligendum. Sed videamus, an expedire difficultatem poſſimus. Et primum quidem ἀτεχνῶς in ἀτέχνως mutandum videtur. Deinde nemo non videt, his verbis oppoſitum eſſe τὸ δὲ ἐπιμεῖναι ἐπὶ λ. — Quidni igitur legamus: ἀτέχνως γὰρ κατὰ τὰ συγγράμματα φέρονται· τὸ δ' ἐπιμεῖναι ἐπὶ λόγῳ καὶ

Digitized by Google

ἐρωτήματι — ἧττον αὐτοῖς ἔνι ἢ τὸ μηδέν. Libri significantur ii, qui placita continent Heracliti ac caeterorum ῥεόντων quos vocat, φιλοσόφων. — Emendationem video Scholiastae auctoritate partim confirmari.

P. 181. E. Εἰ δέ γε μὴ, ὦ ἑταῖρε, κινούμενά τε ἑαυτοῖς καὶ ἑῶτα φανεῖται· καὶ οὐδὲν μᾶλλον ὀρθῶς ἕξει εἰπεῖν ὅτι κινεῖται τὰ πάντα, ἢ ὅτι ἕστηκε.) Etsi totius sententiae ratio ex antecedenti disputatione intelligi debeat, tamen, corruptum esse ἑαυτοῖς, ex his tantummodo verbis satis intelligitur. Nam quocunque te cogitatione vertas, sensum ex eo probabilem elicere nullum possis. Attamen levi manu ita mihi videor ulcus sanare, corrigens τὰ κινούμενά τ' ἐν αὐτοῖς καὶ ἑῶτα φανεῖται· *Alioquin alia in illis apparebunt, quae moventur, alia, quae stant: nec melius dicatur, moveri omnia, quam omnia stare.* Cf. sequentia, quae hanc omnino lectionem postulare videntur. Similiter ἐν inserendum Hipp. Maj. p. 297. B. Καὶ κινδυνεύει, ἐξ ὧν εὑρίσκομεν, πατρός τινος ἰδέα εἶναι τὸ καλὸν τοῦ ἀγαθοῦ, ut exquisita restituatur forma ἐν πατρός τινος ἰδέᾳ εἶναι τὸ κ. τ. α. Forma haec eleganti fere sensu apud Platonem occurrit: veluti Legg. IX. 859. A. Οὕτω διανοώμεθα περὶ νόμων δεῖν γραφῆς γίγνεσθαι ταῖς πόλεσιν, ἐν πατρός τε καὶ μητρὸς σχήμασι φιλούντων τε καὶ νοῦν ἐχόντων φαίνεσθαι τὰ γεγραμμένα· Ibid. XI. 918. E. Ἐν μητρὸς ἂν καὶ τροφοῦ σχήματι τιμῷτο τὰ τοιαῦτα πάντα. Menex. 249. A. Τοὺς δὲ παῖδας συνεκτρέφει αὐτὴ (ἡ πόλις) προφυμευμένη ὅτι μάλιστ' ἄδηλον αὐτοῖς τὴν ὀρφανίαν

Digitized by Google

νίαν γενέσθαι, ἐν πατρὸς σχήματι καταςᾶσα αὐτοῖς αὐτὴ, ἔτι τε παισὶν οὖσι κ. τ. λ. Et ibid. B. Πρὸς δὲ τούτοις (ἡ πόλις) — τῶν μὲν τελευτησάντων, ἐν κληρονόμου καὶ υἱέος μοίρᾳ καθεςηκυῖα, τῶν δὲ υἱέων, ἐν πατρὸς, γονέων δὲ καὶ τῶν τοιούτων, ἐν ἐπιτρόπου, πᾶσαν πάντων παρὰ πάντα χρόνον ἐπιμέλειαν ποιουμένη.

Ibid. E. Καὶ μὴν αἰσθησίς γε ἐπιςήμη, ὡς ἔφαμεν ἐγώ τε καὶ Θεαίτητος. ΘΕΟ. Ἦν ταῦτα. ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα ἐπιςήμην, μᾶλλον ἢ μὴ ἐπιςήμην, ἀπεκρινάμεθα, ἐρωτώμενοι ὅ, τι ἐςὶν ἐπιςήμη. ΘΕΟ. Ἐοίκατε ΣΩ. Καλὸν ἂν ἡμῖν συμβαίνοι τὸ ἐπανόρθωμα τῆς ἀποκρίσεως κ. τ. λ.) Locus mirum in modum librariorum incuriâ conturbatus, hac forte ratione in priſtinum ordinem reſtituendus eſt: — Θεαίτητος. ΘΕΟ. Ἐοίκατε ΣΩ. Ἦν ταῦτα, οὐδὲν ἄρα ἐπιςήμην μᾶλλον ἢ μὴ ἐπιςήμην, ἀπεκρινάμεθα, ἐρωτώμενοι ὅ, τι ἐςὶν ἐπιςήμη, καλὸν ἂν ἡμῖν σ. κ. τ. λ. Ἄρα proprie ſedem habet poſt ἦν, ſed hujusmodi tranſpoſitione nihil in Platone frequentius. Vertendum: *ſin autem rogati, quid ſit ſcientia, hoc reſponderemus, ſcientiam non magis eſſe ſcientiam quam inſcitiam, pulcre emendare anteriorem reſponſionem poſſemus.* Caeterum ſi nimium quis coacte dici putat οὐδὲν ἐπιςήμην μᾶλλον ἢ μὴ ἐπιςήμην ἀπεκρινάμεθα, eadem occurrit breviloquentia & alibi & infra 184. B. Αἴσθησιν γὰρ δὴ ἐπιςήμην ἀπεκρίνω.

P. 183. A. Ὀρθῶς λέγεις. ΣΩ. Πλήν γε, ὦ Θεόδωρε, ὅτι οὕτω τι εἶπον, καὶ οὐχ οὕτω. δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο οὕτω λέγειν· (οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κινεῖτο Οὕτω, οὐδ' αὖ Μὴ οὕτω. οὐδὲ γὰρ τοῦτο κίνησις) ἀλλὰ κ.

Digitized by Google

τ. λ.) Intricata eſt haec & ſubtilis diſputatio, cujus intelligendae difficultatem magnopere auxit librariorum in deſcribendo incuria. Sed corrige & diſtingue: — Πλήν γε, ὦ Θ. ὅτι οὕτω τε εἶπον καὶ οὐχ οὕτως· δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο Οὕτω λέγειν· (οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι κινοῖτο·) οὐδὲ αὖ Μὴ οὕτως· (οὐδὲ γὰρ τοῦτο κίνησις) ἀλλὰ κ. λ. Diſputationis ratio hujusmodi eſt: ſi omnia omni tempore moventur, nec quidquam aliquod tempus eodem modo ſe habet, nihil prorſus *ita* vel *non ita* ſe habet; nam quo tempore ſe *ita* vel *non ita* haberet, eo non moveretur.

P. 187. B. Ἐὰν γὰρ μὴ Φανῇ προϊοῦσιν, ὥσπερ τοῦν, ἄλλό τι πειρασόμεθα λέγειν.) Scribendum τὸ νῦν. Intelligitur enim λεγόμενον. Eadem eſt ellipſis Polit. 262. C. Ἐν τῷ μὲν οὖν παρεληκότι τὰ νῦν δηλῶσαι μηδὲν ἐνδεῶς, ἀδύνατον. Ibid. 284. D. Ἔτι δὲ πρὸς τὰ νῦν καλῶς καὶ ἱκανῶς δείκνυσθαι — Euthyphr. 12. D. Εἰ μὲν οὖν σύ με ἠρώτας τι τῶν νῦν δή, εἶον — Legg. XI. 917. D. Sophiſta 241. A. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν, ὅτι τἀναντία φήσει λέγειν ἡμᾶς τοῖς νῦν δή, ψευδῆ τολμήσαντας εἰπεῖν ὡς ἔστιν ἐν δόξαις τε καὶ κατὰ λόγους; Stephanus hoc loco nullam ſuſpicatus ellipſin inepte legendum cenſuit — τοὺς νῦν δὴ ψευδῆ —

P. 189. B. Οὐ γὰρ οὕτως, οὔτε ὡς ὀλίγον πρότερον ἐσκοποῦμεν, ψευδής ἐστι δόξα ἐν ἡμῖν.) Haec Socratis verba, quippe antecedentis diſputationis concluſionem continentia, ita emendanda putem, ut pro οὐ ἆρ οὕτως ſcribatur οὐ᾽ ἄρ᾽ οὕτως. Similiter ſimili ſenſu infra p. 190. D. Οὔτ᾽ ἄρ᾽ ἀμφότερα, οὔτε τὸ

τὸ ἕτερον δοξάζοντι, ἐγχωρεῖ ἀλλοδοξεῖν. P. 210. A. Οὔτ' ἄρα αἴσθησις, ὦ Θεαίτητε, οὔτε δόξα ἀληθὴς, οὔτε μετ' ἀληθοῦς δόξης λόγος προσγιγνόμενος, ἐπιστήμη ἂν εἴη. Critone 49. C. Οὔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ, οὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων.

Ibid. E. Ὅταν οὖν τοῦθ' ἡ διάνοιά του δρᾷ, οὐ καὶ ἀνάγκη αὐτὴν ἤτοι ἀμφότερα ἢ τὸ ἕτερον διανοεῖσθαι; ΘΕΑΙ. Ἀνάγκη μὲν οὖν. ΣΩ. Ἧτοι ἄρα γε ἢ ἐν μέρει. ΘΕΑΙ. Κάλλιστα.) Postremum hoc Theaeteti Κάλλιστα post ejusmodi Socratis interrogationem minus bene respondere videtur. Germanam esse scripturam judicem Καὶ μάλιστα, quod facile abire in Κάλλιστα potuit.

P. 190. C. Ἐατέον δὲ καὶ σοὶ τὸ ῥῆμα περὶ τοῦ ἑτέρου· λέγω γὰρ αὐτὸ τῇδε, μηδένα δοξάζειν, ὡς τὸ αἰσχρὸν, καλὸν, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων. ΘΕΑΙ. Ἀλλ' ὦ Σώκρατες, ἔᾶ τε καί μοι δοκεῖ ὡς λέγεις.) Emendo: Ἐατέον δ', εἰ καὶ σοὶ δοκεῖ, τὸ ῥῆμα — Quam emendationem maxime Ficino debeo, qui hanc secutus lectionem videtur. Reddit enim: *Mittamus, si placet, verbum hoc alterum.*

P. 193. E. Παρελείπετο δέ γέ που τὸ νῦν λεγόμενον, ἐν ᾧ δὴ φαμὲν τὴν ψευδῆ δόξαν γίγνεσθαι, τὸ ἄμφω γιγνώσκοντα, καὶ ἄμφω ὁρῶντα ἢ τινὰ ἄλλην αἴσθησιν ἔχοντα ἀμφοῖν, τῷ σημείῳ μὴ κατὰ τὴν αὐτοῦ αἴσθησιν ἑκάτερον ἔχειν, ἀλλ', οἷον τοξότην φαῦλον ἱέντα, παραλλάξαι τοῦ σκοπόυ.) Etiamsi aliquis forte sensus ex his verbis elici possit, tamen dura est & contorta oratio. Praestat lectionem revocare, quam vertendo expressit Ficinus — αἴσθησιν αἰσθανόμενον, ἔχον-

ἔχοντα ἀμφοῖν τὼ σημείω μὴ κατὰ τ. κ. τ. λ. Qua lectione ad ipsam loci declarandam sententiam nulla esse, me judice, accommodatior potest.

P. 206. D. Ἡ οὐ δοκεῖ σοι τὸ τοιοῦτον λόγος εἶναι; ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε· τὸν οὖν αὐτὸ δρῶντα, λέγειν φαμέν. ΣΩ. Οὐκοῦν κ. τ. λ.) Non negligenda est Editionis Basil. & Ficini etiam codicis scriptura, in quibus Socratis nomen ante τὸν οὖν praepositum, ante Οὐκοῦν omissum est. Ex hac forte ita proficiendum, ut legatur: ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε· ΣΩ. Τὸν οὖν αὐτὸ δρῶντα λέγειν φαμέν; ΘΕΑΙ. Φαμέν. ΣΩ. Οὐκοῦν — Nisi praestet: — φαμέν; ΘΕΑΙ. Φαμὲν γάρ. uti infra 207. B. — ἐῤῥήθη ΘΕΑΙ. Ἐῤῥήθη γάρ. et centies alibi.

P. 209. A. Ἡνίκ' οὖν ἐδόξαζον μόνον, ἄλλοτι ᾧ τῶν ἄλλων διαφέρεις, τούτων οὐδενὸς ἡπτόμην τῇ διανοίᾳ; ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔοικε. ΣΩ. Τῶν κοινῶν τι ἄρα διενοούμην, ὧν οὐδὲν σὺ μᾶλλον ἤ τις ἄλλος ἔχει.) Cum constans sit caeterarum Edd. scriptura ἄλλό τι, eademque quo se commendet multum habeat, minime eam repudiandam existimem. Opponi enim ab auctore videtur sequenti τῶν κοινῶν τι, hoc sensu: *Aliud quid, quo a caeteris diversus es, hujusmodi rem nullam cogitatione assequebar. Th. Non videtur. So. Communium igitur aliquid cogitabam, quorum &c.* Quodsi quis verborum structuram reprehendit, non levior sane reprehensionis sit causa, si legamus ἄλλοτι. Sed frequens est apud Platonem hujusmodi orationis conversio, & similem habuimus supra 194. C. Ὅταν μὲν ὁ κηρὸς — μετρίως εἰργασμένος ᾖ, τὰ ἰόντα διὰ τῶν

τῶν αἰσθήσεων, ἐνσημαινόμενα εἰς τοῦτο τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ — τότε μὲν καὶ τούτοις καθαρὰ τὰ σημεῖα ἐγγιγνόμενα κ. λ. ubi τὰ ἰόντα &c. (uti in noſtro loco ἄλλό τι) nullam habet apodoſin, ſed immutatur deinceps orationis ratio. Ejusmodi eſt etiam Critone 54. D. Ἀλλὰ ἴσθι, ὅσά γε τὰ νῦν ἐμοὶ δοκοῦντα, ἐάν τι λέγῃς παρὰ ταῦτα, μάτην ἐρεῖς. Critia 112. E. Τά γε δὴ τῶν ἀντιπολεμησάντων αὐτοῖς οἷα ἦν, ὥςε (l. ὥς τε) ἀπ' ἀρχῆς ἐγένετο — εἰς τὸ μέσον αὐτὰ νῦν ἀποδώσομεν. Alibi.

P. 209. D. Ὧν ὀρθὴν δόξαν ἔχομεν, ἢ τῶν ἄλλων διαφέρει, τούτων προσλαβεῖν ἡμᾶς κελεύει ὀρθὴν δόξαν, ἢ τῶν ἄλλων διαφέρει. καὶ οὕτως ἡ μὲν σκυτάλης ἢ ὑπέρου ἢ ὁτουδὴ λέγεται περιτροπὴ, πρὸς ταύτην τὴν ἐπίταξιν οὐδὲν ἂν λέγοι.) Etiamſi non bene ſe habet & corruptela laborat locus, ipſius tamen vim ac ſignificationem egregie aſſecutus videtur Ficinus, qui ſic eum reddidit: *Atque ita oratio tua erit aut ſcuticae aut piſtilli aut cujusvis circumvolutioni ſimilis: ad hoc autem praeceptum nihil omnino dicit.* Omnino haec unice eſſe poteſt auctoris ſententia, iſtiusmodi diſputationem, veluti circulum, unde orſa eſt, eodem redire, ejusque eamdem eſſe rationem, quae ſcytalae, piſtilli, aliarum rerum, quae circumvertuntur. Quam ſententiam ut ipſe exprimat Plato, legendum conjeci: — οὐδὲν ἂν διαφέροι. Caeterum σκυτάλη hoc loco non eſt *ſcutica*, ſed Lacedaemoniorum *ſcytala*. Ad Scholiaſtae notam, qua ὑπέρου περιτροπὴ explanat, annotavit Ruhnkenius: „ Tzetz. ad He-
„ ſiod. p. 105. Gatak. ad M. Ant. X. §. 17. Fac-
„ ciol.

„ ciol. Acroaſ. 6. Plutarch. T. II. 1072. Zenob. „ p. 160. Suid. h. v. Toup. ad Suid. III. p. 257. „ Apoſtol. 249. Heſych. II. 1462. Lucian. T. I. „ p. 823."

Ibid. E. Εἰ τὸ λόγον, ὦ παῖ, προσλαβεῖν, γνῶναι κελεύει. ἀλλὰ μὴ δοξάσαι τὴν διαφορότητα, ἡδὺ χρῆμ' ἂν εἴη τοῦ καλλίστου τῶν περὶ ἐπιστήμην λόγου.) Ficinus: *Si, dum rationem, o puer, accipere praecipit, noſſe praecipit, non autem differentiam opinari, dulcis ſane res eſſet ratio & omnium quae ad ſcientiam pertinent, pulcerrima.* Partim egregie & emendate, partim male. Secutus eſt enim, quam veram eſſe judicem, loci lectionem: εἰ τὸν λόγον προσλαβεῖν κελεύων, γνῶναι κελεύει — Elegantiam vero non cepit dictionis ἡδὺ χρῆμ' ἂν εἴη τοῦ κ. τ. π. ε. λ. *Suave profecto negotium foret praeclariſſima haec omnium, quas commemoravimus, ſcientiae ratio.* Similiter Rep. VIII. p. 567. E. Ἡ μακάριον λέγεις τυράννου χρῆμα.

Sophiſt. 220. A. Νευσικοῦ δὲ τὸ μὲν, πτηνὸν φῦλον ὁρῶμεν, τὸ δὲ, ἔνυδρον.) Corrigendum: ἑρῶμεν. Sic paullo ante: Ζωοθηρικῆς δ' ἆρ' οὐ διπλοῦν εἶδος ἂν λέγοιτο ἐν δίκῃ; & mox eâdem ſententiâ uſurpatur λέγεται, φήσομεν, προσαγορεύειν, προσειπεῖν, ῥηθῆναι & ſimilia. Caeterum, ut h. l. ἑρῶμεν reſtituimus, ſic εἰρήκαμεν reſtituendum Epiſt. II. p. 313. C. Σχεδὸν, κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν, εὑρήκαμεν ὃ σὺ ἐπέσειλας, ὅπως δεῖ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἔχειν. Quod confirmat ſequens illud: πῶς οὖν οὐ ταῦτ' ἔσαι καὶ πάντα ἃ εἰρήκαμεν;

P. 221. B. Τούτου δὲ τὸ περὶ τὴν κατωθεν

ἄνω

ἄνω πληγὴν ἀναστρωμένην, ἀπ' αὐτῆς τῆς πράξεως ἐφομοιωθὲν τοὔνομα, ἡ νῦν ἀσπαλιευτικὴ ζητηθεῖσα ἐπίκλην γέγονε.) Inepte ἀναστρωμένην cum πληγὴν conjungitur. Scribe: τούτου δὲ τὸ — ἀναστρώμενον. Sic p. 220. E. Τὸ τῆς ἐναντίας ταύτῃ πληγῆς ἀγκίστρῳ τε γιγνόμενον, καὶ τῶν ἰχθύων, οὐχ ἥ (legendum ᾗ, uti Interpres legisse videtur) τις ἂν τύχῃ τοῦ σώματος — ἀλλὰ περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ στόμα τοῦ θηρευθέντος ἑκάστοτε, καὶ κάτωθεν — ἀναστρώμενον. Ad hanc item rationem revocandum p. 223. D. Τὸ δέ γε ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην πόλιν διαλλαττομένων ὠνῇ καὶ πράσει, ἐμπορική; ubi de veritate correctionis διαλλαττόμενον dubitare non debuerat Stephanus. Caeterum ejusmodi est etiam p. 225. D. Δεκῶ μὴν τὸ δὶ ἡδονὴν τῆς περὶ ταῦτα διατριβῆς, ἀμελὲς τῶν οἰκείων γιγνόμενον: quod tamen sic immutandum censuit Cornarius: δ. μ. τὸν δ. ἡ. τ. π. τ. δ. ἀμελῆ. — Sed bene se habet vulgata, modo quod paulo post sequitur τὸν τοίνυν τοὐναντίον, ex Basil. alterius lectione in τούτου τ. τ. abeat.

P. 234. B. Οὐκοῦν τόν γ' ὑπισχνούμενον δυνατὸν εἶναι μιᾷ τέχνῃ πάντα ποιεῖν, γιγνώσκομέν που τοῦτο, ὅτι — δύνατος ἔσαι.) Ut bene se habeat verborum structura, conjiciat forte aliquis, legendum esse τοῦ γ' ὑπισχνουμένου. Sed unice vera videtur lectio γιγνώσκομεν που τοῦτον, ὅτι — δύνατος ἔσαι: quam loquendi rationem non semel apud Platonem reperias Politic. p. 270. C. Μεταβολὰς δὲ μεγάλας καὶ πολλὰς καὶ παντοίας συμφερομένας ἆρ' οὐκ ἴσμεν τὴν τῶν ζώων φύσιν ὅτι χαλεπῶς ἀνέχεται; Ib. 277. E. Τοὺς

γάρ που παῖδας ἴσμεν, — ὅτι — διαισθάνονται. Menone p. 77. D. Γιγνώσκων τὰ κακὰ ὅτι βλάπτει ᾧ ἂν παρῇ. Euthydem. p. 294. C. Οἶσθα Εὐθύδημον ὀπόσους ὀδόντας ἔχει. Ib. 295. D. Κἄγω ἔγνων αὐτὸν ὅτι μοι χαλεπαίνοι διαφέλλοντι τὰ λεγόμενα. Et p. 297. B. Ὡς ἐπίσαμαι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ὅτι ἄδικοι εἰσί. Amator. p. 134. C. Ἦ οὐκ οἶσθα αὐτόν, ὅτι τραχυλιζόμενος καὶ ἐμπιμπλάμενος καὶ καθευδὼν πάντα τὸν βίον διατετέλεκεν; Similiter Gorg. p. 449. E. Ἆρα οἱ δηλοῦσι τοὺς κάμνοντας, ὡς ἂν διαιτώμενοι ὑγιαίνοιεν; Phaedone p. 63. D. Πρῶτον δὲ Κρίτωνα τῶνδε σκεψώμεθα, τί ἐστιν ὃ βούλεσθαι μοι δοκεῖ πάλαι εἰπεῖν. p. 95. B. Ταῦτα δὴ οὐκ ἂν θαυμάσαιμι καὶ τὸν τοῦ Κάδμου λόγον εἰ πάθοι. Menone p. 91. A. Οὗτος γάρ, ὦ Ἄνυτε, πάλαι λέγει πρός με ὅτι ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρετῆς, ᾗ — ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν σκόπει παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμποιμεν. Cum loco noſtro Cf. Rep. X. p. 598. Quod in antecedentibus occurrit ταχεῖαν ὡς ἐμοὶ σκέψιν ἐπιτάττεις inepte vertit Interpres: *ſubitam, ut mihi videtur, conſiderationem imponis.* Vis dictionis eſt: *ſi meam cogites tarditatem, celerem mihi conſiderationem imponis.* Infra p. 237. C. Καὶ οἴῳ γε ἐμοὶ παντάπασιν ἄπορον. Parmen. 136. D. Πολὺ ἔργον προστάττεις, ὡς τηλικῷδε. Polit. 309. E. Σῶφρον καὶ κόσμιον, ὡς γε ἐν πολιτείᾳ. Legg. VI. 770. A. Ἐπειδὴ νομοθετεῖν μὲν μέλλομεν, ᾖρηνται δὲ ἡμῖν νομοφύλακες, ἡμεῖς δ' ἐν δυσμαῖς τοῦ βίου, οἱ δ' ὡς πρὸς ἡμᾶς νέοι κ. τ. λ. e quo loco venuſtum illud ἐν δυσμαῖς τοῦ βίου deſumſiſſe videtur Juncus apud Stob. p. 585.

p. 585. 42. Ed. Basil. Τὸν δὲ πρεσβύτην ἐν δυσμαῖς ὄντα τοῦ βίου. Longin. C. XXXV. p. 192. fine. Παντὸς ἀεὶ τοῦ μεγάλου καὶ ὡς πρὸς ἡμᾶς δαιμονιωτέρου. Lucian. Contempl. T. I. p. 498. De Saltat. T. II. p. 266. Καὶ ἥκισα ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ καὶ οἵῳ σοι πρέποντα. Imagin. p. 471. Ὁπόταν δὲ καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν κιθάραν, τότε δὴ τότε, ὥρα μὲν σιωπᾷν ταῦτα ἀλκυόσι καὶ τέττιξι καὶ τοῖς κύκνοις· ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. Quem locum totum adscripsimus, ut obiter eum corrigere tentemus. Offenderunt Interpretes, & nemo non offendat necesse est, in illud ταῦτα, quod, unde pendeat, quidve significet, nemo facile videat. Solanus illud in ταῖς, Gesnerus in αὖτῃ mutandum censebat, vehementiore uterque quam efficaciore remedio usus. Sed bene se habebit ταῦτα, si legamus: — ὥρα μὲν σιωπᾷν ταῦτα ἀκούουσι ἀλκυόσι καὶ τέττ. Facillime ΑΚΟΤΟΤΣΙ absorberi ab ΑΛΚΤΟΣΙ potuit. Confirmat conjecturam quod ibidem mox sequitur: Ὀρφεὺς δὲ καὶ Ἀμφίων — εἶγε ἤκουσαν, καταλιπόντες ἂν τὰς κιθάρας, παρεσήκεσαν σιωπῇ, ἀκροώμενοι. Caeterum in hoc Luciani loco pro τότε δὴ τί ποτε, vel, quod Jensius tentabat, τότε δή εἴ ποτε, recte recepit Editor τότε δὴ τότε. Magnam fere haec repetitio in aliis item formis vim habet. Plato Soph. 238. A. Ἔστι γὰρ, ὦ μακάριε, ἔστι, καὶ ταῦτά γε τῶν ἀπορίων ἡ μεγίστη καὶ πρώτη. Euthyd. 284. E. Σὺ μὲν — λοιδόρει, ὦ Κτήσιππε, λοιδόρει. Phaedr. 242. D. Δεινόν, ὦ Φαῖδρε, δεινὸν λόγον αὐτός τε ἐκόμισας — Lucian. Toxar. p. 508. Θύομεν, ὦ Μνή-

εἶπας, θύομεν. De locutione ταχεῖαν ὡς ἐμοὶ & ſimilibus Cf. Jenſius ad Lucian. Tim. T. I. p. 125. P. 235. A. Ἀλλὰ σχεδὸν ἤδη σαφὲς ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τῶν τῆς παιδείας μετεχόντων ἔσι τὶς μερῶν. ΞΕ. Εἰς γόητα μὲν δὴ καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον αὐτὸν τινά.) Locus, qui ſignificatur, eſt ſupra p. 234. A. Παιδιὰν λέγεις τινά. ΞΕ. Τί δαί; τὴν τοῦ λέγοντος ὅτι πάντα εἶδε καὶ ταῦτα ἕτερον ἂν διδάξειεν ὀλίγου καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, μῶν οὐ παιδιὰν νομιστέον; Unde ſine controverſia hîc reponendum eſt τῆς παιδιᾶς. Sed altius ſedet vulnus, quam ut hoc remedio curari poſſit. Corrigendum inſuper: ὅτι τῶν τῆς παιδιᾶς μετεχόντων ἔσι τὶς εἷς. ΞΕ. Γόητα μὲν δὴ κ. τ. λ. Uti εἰς ante γόητα μὲν δὴ — θετέον ſententiam perturbat, ita εἷς poſt μετεχόντων ἔσι τὶς aptiſſime ſequitur. Similiter paullo poſt τὸ μὴ ἐκ τοῦ γένους εἶναι τοῦ τῶν θαυματοποιῶν τὶς εἷς. μερῶν ex gloſſâ ad τῶν μετεχόντων olim adſcripta in contextum deinde irrepſiſſe videtur. Haud diſſimili diſtinctionis vitio liberandus eſt Xenophon in eximio illo ducum Graecorum a Tiſſapherne interfectorum characteriſmo. Anabaſ. II. c. 1. Ἐκόλαζέ τε αἰεὶ ἰσχυρῶς, καὶ ὀργῇ ἐνίοτε, ὥσε καὶ αὐτῷ μεταμέλειν ἔσθ' ὅτε. Καὶ γνώμῃ δ' ἐκόλαζεν. Diſtingue — μεταμέλειν· ἔσθ' ὅτε καὶ γν. δ' ἐκ. Vitium inde natum videtur quod δὲ non ſuo loco poſitum ſit. Sed ita nonnunquam & Xenophon & alii, ut notavit D'Orvill. ad Charit. L. VIII. c. 2. p. 173. Ed. Lipſ. Et ſic item corrigas Rep. IV. 425. C. Καὶ τελευτῶν δὴ, οἶμαι, φαῖμεν ἂν εἰς ἕν τι τέλεον καὶ νεανικὸν ἀποβαίνειν αὐτὸ, ἢ ἀγαθὸν ἢ καὶ τοὐ-

τοὐναντίον. τί γάρ; Οὐκ, ἢ δ' ὅς. Scribe — τοὐναντίον. Τί γὰρ οὐκ; ἢ δ' ὅς. Ita etiam legisse Ficinus videtur.

P. 239. E. Ἐὰν ἐν κατόπτροις, ἢ πλάσμασι λέγῃς τι, καταγελάσεται σου τῶν λόγων ὅταν ὡς βλέπων τὰ λεγῃς αὐτῷ.) Egregia est lectio, quam expressit Ficinus, ὅταν ὡς βλέπων βλεπόντι λεγῃς αὐτῷ. Sophista enim, quoniam non rerum considerat effigies & simulacra, sed, omni repudiato involucro, ipsam rerum naturam intuetur, paullo ante dictus est μύσει ἢ παντάπασιν οὐκ ἔχειν ὄμματά: *Ridebit* igitur, *si eum ipso aliquis, tanquam cum videnti videns, per figuras & specula loquatur.*

P. 241. B. Τὰς γὰρ ἀντιλήψεις καὶ ἀπορίας — ὁρᾷ ὡς εὔποροι καὶ πολλαί.) Legendum ἄποροι pro εὔποροι idque ad ἀντιλήψεις referendum. Contraria huic correctio requiritur infra p. 267. D. Πόθεν οὖν ἑνομα ἑκατέρῳ τις αὐτῶν λήψεται πρέπον; ἢ δῆλον δὴ χαλεπὸν ὄν; — παῦδ δὴ τῶν ὀνομάτων ἀνάγκη μὴ σφόδρα ἀπορεῖν. Ubi manifesto vitio pro εὐπορεῖν exstat ἀπορεῖν.

P. 248. D. — ἢ παντάπασιν οὐδέτερον οὐδετέρου τούτων μεταλαμβάνειν (φατὲ); δῆλον ὡς. οὐδέτερον οὐδετέρου. τἀναντία γὰρ ἂν τοῖς ἔμπροσθεν λέγοιεν. ΘΕΑΙ. Μανθάνω τό δέ γε. ΞΕ. Ὡς τὸ γιγνώσκειν κ. λ.) Obscuro loco lumen affundas, colloquentium partes hoc modo distribuens: — μεταλαμβάνειν; ΘΕΑΙ. Δῆλον ὡς — λέγοιεν. ΞΕ. Μανθάνω τό δέ γε, ὡς το γιγνώσκ. —

P. 251. E. Τί οὖν οὐ καθ' ἓν, ἀποκρινόμενον, ἐφ' ἑκά-

ἑκάστου τὰ ξυμβαίνοντα ἐσκέψω;) Corrigendum existimo: — καθ' ἓν ἀποκρινομένων. *Cur non, respondentibus iis ad singula, ex unoquoque responso quid efficeretur consideraſti?* Quam correctionem, cum alia, tum sequens Hospitis responsum, confirmat: καλῶς λέγεις· καὶ τιθῶμέν γε αὐτοὺς λέγειν κ. τ. λ. Tentaverat Stephanus ἀποκρινόμενος: at vero, ut e sequentibus patet, non Hospes respondet, sed ad Hospitis interrogationes philosophi illi, sive, qui eorum vices sustinet, Theaetetus.

P. 260. A. Πρὸς τὸ τὸν λόγον ἡμῖν τῶν ὄντων ἕν τι γενῶν εἶναι.) Excidit fortasse πολλῶν. ut legatur τῶν πολλῶν ὄντων ἕν τι γενῶν εἶναι. Sic bene se habebit oratio. Similiter supra p. 258. C. Τῶν πολλῶν ὄντων εἶδος ἕν, quod perperam vertit Ficinus. Redde: *generum, quae multa sunt, unum.*

Euthyd. p. 271. C. Ὁ δέ σου ἐρωτᾷς τὴν σοφίαν αὐτοῖν, θαυμάσι' ὦ Κρίτων, πάνσοφοι ἀτεχνῶς. ὡς ἔγωγε οὐδ' ᾔδειν πρότου ὅτι εἶεν οἱ παγκρατιασταί· τούτω γὰρ ἐσὸν κομιδῇ παμμάχω·) Et haec & quae proxime sequuntur, obscura pariter nec satis cohaerentia, omni erunt vitio purgata, si ὅτι minutissima mutatione in ὅ, τι convertas. Sic Socratis sententiae lumen accenderis, ut non dicat, quod reddidit Ficinus: *Et hactenus ignorabam equidem perfectos athletas esse;* sed hoc, quod unum dicere & voluisse eum & potuisse patet: *Sunt omnino sapientissimi; ut ego, quid tandem essent qui παγκρατιασταί dicuntur, antequam hos conveni, plane ignoraverim. Hi enim ad omne sunt instructi certaminis genus, nec tantum cor-*

corpore valent & pugno, qua πάντων ἐϛι κρατεῖν, ſed ingenio etiam atque oratione, qua in judiciis certatur, κράτιϛῳ ſunt.

P. 282. D. Τὸ μὲν ἐμὸν παράδειγμα — οἷον ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων εἶναι.) Malim: οἵων ἐπιθυμῶ τῶν πρ. Sic ſupra p. 278. D. Πρότερον δ' ἐγὼ σφῶϊν ἐνδείξομαι οἷον αὐτὸ ὑπολαμβάνω, καὶ οἵου αὐτοῦ ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι. Ejusdem eſt formae Rep. V. p. 459. B. Βαβαὶ, ὦ φίλε ἑταῖρε, ὡς ἄρα σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων. Quam formam non intelligens Stephanus tollendum cenſuit εἶναι.

P. 283. E. Εἶπον ἄν σοι εἰς κεφαλὴν, ὅ, τι μαθών, μου καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδῃ τοιοῦτο πρᾶγμα.) Cornarius pro μαθὼν ſubſtituendum cenſet ματὴν: non memor dictionis Atticae τί μαθὼν; Quae dictio raro apud Platonem, ſed frequenter apud Ariſtophanem occurrit. Acharn. vſ. 826. Τὶ μαθὼν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος; Veſpis Vſ. 251. Τί δὴ μαθὼν, τῷ δακτύλῳ τὴν θρυαλλίδ' ὠθεῖς; Sic item Pluto Vſ. 909. Σύ; τί μαθών; & aliis locis. Propius etiam ad noſtrum locum accedit Eupolidis illud apud Stob. Sermone IV. p. 53.

—— Εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι
Ὅ, τι μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς.

Vide Interpretes ad Ariſtoph. Plut. Vſ. 909.

P. 285. E. Ἦ σὺ, ὦ Διονυσόδωρε, οὐκ οἴει εἶναι ἀντιλέγειν; Οὐκοῦν σύ τ' ἂν, ἔφη, ἀποδείξαις πώποτε

ἀκούσας οὐδενὸς ἀντιλέγοντος ἑτέρου ἑτέρῳ. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. ἀλλὰ ἀκούωμεν νῦν εἴ σοι ἀποδείκνυμι ἀντιλέγοντος Κτησίππου Διονυσοδώρῳ. ἢ καὶ ὑπόσχοις ἂν ταὐτόν λόγον;) Vere Cl. Mitſcherl. pro οὔκουν legendum οὔκουν judicavit. Sed ne ſic quidem omnis ex impedito loco difficultas eſt ſublata. Non dubito, quin hoc modo germana reſtituenda ſit ſcriptura: οὔκουν σύ γ' ἂν, ἔφη, ἀποδείξαι πώποτε ἀκούσας οὐδενὸς ἀντιλέγοντος ἑτέρου ἑτέρῳ. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. Ἀλλὰ ἀκούωμεν νῦν εἴ σοι ἀποδείκνυμι μὴ ἀντιλέγοντος — ἢ καὶ — λόγον; Elliptice ponitur οὔκουν σύ γ' ἂν, quod ad ἢ σὺ οὐκ οἴει εἶναι ἀντιλέγειν; reſpondet hoc ſenſu: *tune vero non putas contradici poſſe? Neque tu etiam putares, ſi probari aliquando audiveras, neminem contradicere nemini poſſe.* Eâdem eſt ellipſeos elegantiâ & inſertum etiam γε habet Gorg. p. 466. E. Φημὶ μὲν οὖν ἔγωγε ΣΩ. Μὰ τὸν οὐ σύ γε. P. 474. B. Ἆρ' οὐ σὺ δέξαιο ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν; ΣΩ. Καὶ σύ γ' ἄν, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες.

P. 286. C. Οἶμαι δὲ αὐτοῦ (τοῦ λόγου) τὴν ἀλήθειαν παρὰ σοῦ μάλιστα πεύσεσθαι. ἄλλο τι ἢ ψευδῆ λέγειν οὐκ ἔστι. τοῦτο γὰρ δύναται ὁ λόγος. ἢ γάρ; ἀλλ' ἢ λέγοντα, τἀληθῆ λέγειν, ἢ μὴ λέγειν; Συνεχώρει.) Requiritur poſt ἢ γάρ; affirmans Dionyſodori reſponſum, nec tamen ſalvâ loci perſpicuitate addi illud poteſt. Sic enim verba ἀλλ' ἢ λέγοντα, τἀληθῆ λέγειν, ἢ μὴ λέγειν, quae proxime cohaerent cum anterioribus ἄλλο τι ἢ ψευδῆ λέγειν οὐκ ἔστι, ita a ſe invicem ſejungerentur, ut quo quidque pertineret ad intelligendum eſſet difficillimum. Sed pertur-

turbatus est locus. Sedem non habent suam τοῦτο γὰρ δύναται ὁ λόγος. ἢ γὰρ; ac reponenda sunt post ἢ μὴ λέγειν; qua transpositione & ἢ γάρ; sibi respondens habebit Συνεχώρει, & caetera omnia sibi invicem erunt connexa. Porro Stephani repudianda est opinio, qui ἄλλο τι ἢ ὅτι legendum censet, ut hoc cum praecedentibus cohaereat. Scribendum est ἄλλοτι ἢ *nonne*. Cujus particulae usus notior est, quam ut exemplorum auctoritate confirmari debeat. Et tamen, uti hoc loco Stephanum, ita, quod magnopere miror, Interpretes etiam latuit ad Max. Tyr. Diss. XIX. C. I. Ὁ Πέρσης — ἄλλο τι ἢ καὶ οὗτος ἐπὶ ταῦτα σπεύδων ταῦτα ἔδρα; Ubi Davisius post ἄλλο τι e praecedentibus, repetens ἐδίωκεν, ita locum & legit & interpungit: ἄλλο τι, ἢ καὶ οὗτος κ. λ. Marklandus autem tentat: ἄλλο τι καὶ οὗτος ἢ ἐπὶ ταῦτο σπεύδων, ταῦτα ἔδρα; Sed simpliciter scribendum ἄλλοτι ἢ καὶ & vertendum: *nonne hic etiam illud appetens illa perpetravit?* Redeo ad Platonem. Non recusem, si quis pro μᾶλιστα πεύσεσθαι ex altera Bas. recipiendum existimet κάλλιστα π. Caeterum huc redit sententia: *Nonne fieri nequit, ut falsa quis dicat, sed ita se potius res habet, ut quis vel vere vel non dicat? Haec enim est disputationis illius vis ac sententia: nonne? Adsentiebat.*

P. 286. D. Ἀλλὰ σὺ, ἔφη, ἔλεγξον. ἢ καὶ ἔστι τοῦτο κατὰ τὸν σὸν λόγον ἐξελέγξαι, μηδενὸς ψευδομένου; Οὐκ ἔστιν, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, οὔδ' ἄρα ἐκέλευον, ἔφη, ἐγὼ νῦν δὴ, ὁ Διονυσόδωρος, ἐξελέγξαι. τὸ γὰρ μὴ ὂν πῶς

ἄν τις κελεύσαι;) Ita haec vertit Ficinus, quasi verba ἢ καὶ ἔστι τοῦτο κατὰ τὸν σὸν λόγον ἐξελέγξαι, μηδενὸς ψευδομένου; in libro suo Socrati adscripta repererit. Et sane uni Socrati recte adscribi possunt. Sed praeterea corrigenda est interpunctio, ut quod post ἐξελέγξαι positum est comma, id post λόγον reponatur: unde haec exsistat sententia: *An hoc etiam admittit assertio illa tua, refellere aliquem posse si nemo mentiatur?* In sequentibus magna est difficultas. Quid enim dicat Dionysodorus οὐδ' ἄρα ἐκέλευον ἐγὼ νῦν δὴ ἐξελέγξαι, postquam paulo ante Socratem refellere jussit? Nil adjumenti praebet Ficinus, qui, etsi aliam secutus lectionem videtur, tamen non eam exprimit, quam locus requirit. Sed tolletur, opinor, difficultas, si ὁ Διονυσόδωρος vel deleamus vel in ὡς Διονυσ. mutemus, ut haec omnia ab Euthydemo dicantur. Sic tandem recte ad haec dicta Euthydemum alloquatur Socrates.

P. 288. A. Καὶ ὁ Κτήσιππος, θαυμασιά γε λέγει, ἔφη, ὦ ἄνδρες, — καὶ ἐγὼ — εἶπον, ὦ Κτήσιππε, καὶ νῦν δὴ ἃ πρὸς Κλεινίαν ἔλεγον, καὶ πρός σε ταὐτὰ ταῦτα λέγω, ὅτι οὐ γιγνώσκεις τῶν ξένων τὴν σοφίαν, ὅτι θαυμασία ἐστίν. Postquam Ctesippus de hospitibus dixit mirabilia illos dicere, nunc Ctesippum dicit Socrates ignorare, mirabilem esse hospitum sapientiam. Inepte profecto. Nec tamen haec ineptia vel Socrati vel Platoni tribuenda est. Germana enim est lectio ὅ, τι θαυμασία ἐστιν, eaque ita vertenda: *Ignoras Ctesippe, qua tandem in re mirabilis sit hospi-*

hospitum sapientia. Confirmat correctionem, quod mox de hospitibus dicitur, ἕως ἂν ἡμῖν ἐκφανῆτον ἐφ' ᾧ αὐτὼ σπουδάζετον.

P. 289. B. Πολλοῦ ἄρα δεῖ, ὡς ἔοικεν, ἡμᾶς λυροποιοὺς δεινοὺς εἶναι, καὶ τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ἐπιβόλους· ἐνταῦθα γὰρ δὴ χωρὶς μὲν ἡ ποιοῦσα τέχνη, χωρὶς δὲ ἡ χρωμένη διήρηται, τοῦ αὐτοῦ περί. ἡ γὰρ λυροποιϊκὴ καὶ ἡ κιθαριστικὴ πολὺ διαφέρετον ἀλλήλοιν. οὐχ οὕτω; Συνέφη. Οὐδὲ μὴν αὐλοποιϊκῆς γε δηλονότι δεόμεθα.) Dixerat in antecedentibus Socrates, sibi & Cliniae istiusmodi opus esse scientiâ, in qua & *facere* & *facto uti* de unâ eademque re concurrant. Inde hanc nunc conclusionem minus recte efficit, multum abesse, ut ipse & Clinias lyras & facere & tractare possint. Sed noli dubitare, quin recte omnino concluserit Socrates. Scripsit enim Plato: ἡμᾶς λυροποιοὺς δεῖν δεινοὺς εἶναι. *Multum igitur abest, ut egregios nos esse oporteat lyrarum opifices, scientiaeque esse peritos, quae in lyris tractandis cernitur. Nam hac in re & facere & facto uti non concurrunt, sed alia est, quae facit, ars, alia, quae utitur.* Postrema illa δηλονότι δεόμεθα glossema redolent. Pendet οὐδὲ μὴν αὐλοποιϊκῆς γε ab antecedenti ἐπιβόλους, quod non intelligens Graeculus quidam, ut sensum dictioni affingeret, glossema illud adscripsisse videtur. Simili additamento purgandus est Dialogus *de Divitiis*, qui Aeschinis nomine fertur p. 52. Ed. Cler. — Ἀλλὰ καὶ τὸν ἀντιλέγοντα ποιῆσαι ὁμολογεῖν σοὶ δηλονότι. Ejicienda sunt ultima σοὶ δηλονότι. Nec dubito quin idem remedium adhibendum sit Symp. p. 195. A.

Ἔστι δὲ κάλλιστος ὢν, τοιόσδε· πρῶτον μὲν νεώτατος θεῶν, ὦ Φαῖδρε. μέγα δὲ τεκμήριον τῷ λόγῳ αὐτὸς παρέχεται, φεύγων φυγῇ τὸ γῆρας, ταχὺ ὂν δηλονότι. θᾶττον γοῦν τοῦ δέοντος ἡμῖν προσέρχεται· ὃ δὴ πέφυκεν Ἔρως μισεῖν. Tolerari enim non poteſt in pulcerrima hac Amoris laudatione ineptum illud ac frigidum ταχὺ ὂν δηλονότι. θᾶττον γ. τ. δ. ἡ. προσέρχ. quo ſublato reliqua ſe optime habeant. Haud dubie profectum eſt a jejuni cujusdam annotatoris manu, qui haec ad explicandum φεύγων φυγῇ adſcripſerit. Hujusmodi autem gloſſemata ſe ipſa fere produnt adjecto, vel δηλονότι, ut in his, quos memoravimus, locis, vel δήπουθεν, ut Phileb. p. 62. E. Τί δὲ μετὰ ταῦτα; ἆρ' οὐκ εἰ μέν τινες ἀναγκαῖαι, καθάπερ ἐκεῖ, συμμικτέον καὶ ταύτας; ΠΡΩ. Τί δ' οὔ; τάς γε ἀναγκαίας δήπουθεν, ubi manifeſtum eſt poſtrema haec: τάς γε ἀναγκαίας δήπουθεν, quae otioſe redundant, adſcripta fuiſſe aliquando ad praec. ταύτας, ac poſtea in contextum alieno loco irrepſiſſe.

P. 290. C. Εἶεν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ κάλλιστε καὶ σοφώτατε Κλεινία, τοῦτο οὕτως ἔχοι.) Omnino probandum eſt, quod in utraque Baſ. & Aldina reperitur, ἔχει cum interrogandi ſigno. Confirmat hoc illa apud Platonem paris venuſtatis Socratis interrogatio Sympoſ. p. 208. B. Εἶεν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ σοφωτάτη Διοτίμα, ταῦτα ὡς ἀληθῶς οὕτως ἔχει;

Ibid. D. Εἰ οὖν, ἦ δ' ὅς, δεόμεθα ἐκείνης τῆς τέχνης ἥτις ἂν ᾖ ἂν κτήσηται, ἢ ποιήσασα, ἢ θηρευσαμένη αὐτὴ, καὶ ἐπιχήσεται χρῆσθαι κ. τ. λ.) Inepta omnia huic loco affinxit Interpres. Sed mutanda

eſt

est distinctio, ut αὐτὴ ad καὶ ἐπιστήσεται pertineat, & distinguatur post θηρευσαμένη. Vertendum: *si igitur ea nobis opus est arte, quae illud, quod vel faciendo vel venando acquisivit, ipsa tractare scit &c.* Eâdem plane constructione occurrit αὐτοὶ p. 289. D. Ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἄλλοι δυνατοὶ χρῆσθαι οἷς ἐκεῖνοι εἰργάσαντο αἱ λυροποιεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι.

P. 292. D. Ἀλλὰ τίνα δὴ ἐπιστήμην; ἢ τί χρησόμεθα; — λέγωμεν δὴ οὖν τίς ποτέ ἐστιν αὕτη, ἢ τί χρησόμεθα. βούλει φῶμεν, ὦ Κρίτων, ἢ τ' ἄλλους ἀγαθοὺς ποιήσομεν;) Non placet Stephani conjectura, qui pro ἢ τ' ἄλλους reponendum esse ἢ τοὺς ἄλλους opinatur. Malim Atticam restitui formam ἤ Γ' ἄλλους. Sed bina praeterea in hoc loco vitia latent, quae uti eum obscuritate offundunt, ita correctionem habent facillimam. Utrumque ἢ τί χρησόμεθα in ἤ τι χρησόμεθα mutandum.

P. 294. D. — ὥς' ἐγωγε καὶ αὐτὸς ὑπ' ἀπιστίας ἠναγκάσθην τελευτῶν ἔρεσθαι τὸν Εὐθύδημον εἰ καὶ ὀρχεῖσθαι ἐπίσταιτο ὁ Διονυσόδωρος. Ὁ δὲ, Πάνυ, ἔφη. Οὐ δή που, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ ἐς μαχαίρας γε κυβιστᾷν καὶ ἐπὶ τροχοῦ δινεῖσθαι, τηλικοῦτος ὤν· οὕτω πόρρω σοφίας ἥκει. Οὐδὲν, ἔφη, ὅ, τι οὔ.) Corrige — τηλικοῦτος ὤν· ἢ οὕτω πόρρω σοφίας ἥκει; Sic nihil requiras ulterius. Magnopere haec dictio Platoni placuit. Cratyl. p. 410. D. Πόρρω ἤδη, οἶμαι, φαίνομαι σοφίας ἐλαύνειν. Euthyphr. p. 4. A. Οὐ γὰρ οἶμαί γε τοῦ ἐπιτυχόντος εἶναι ὀρθῶς αὐτὰ πρᾶξαι, ἀλλὰ πόρρω που ἤδη σοφίας ἐλαύνοντος. Gorg. p. 486. A. Καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πόρρω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύ-

νον-

νόντας. Lepide Lyſid. p. 204. B. Οἶδα γὰρ ὅτι οὐ μόνον ἐρᾷς, ἀλλὰ καὶ πόρρω ἤδη εἶ πορευόμενος τοῦ ἔρωτος.

P. 295. B. Οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Σώκρατες, ἐρωτώμενος ἀντερωτᾶν; Εἶεν, ἦν δ' ἐγὼ· ἀλλὰ πῶς ποιῶ; οὕτω γὰρ ποιήσω ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς· ὅταν μὴ εἰδῶ ὅ, τι ἐρωτᾷς, κελεύεις με ὅμως ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἐπανέρεσθαι.) Mirifice ſibi ipſe repugnat Socrates, qui poſtquam his verbis dixit, ad ea ſe quoque reſponſurum, quae non intelligit, paullo poſt fatetur: οὐ τοίνυν μὰ Δία ἀποκρινοῦμαι πρότερον πρὶν ἂν πύθωμαι. Et hanc quidem ut ſuperarem difficultatem fuit aliquando cum ante οὕτω inſerendum οὐχ putarem. Nunc vero interrogantis eſſe οὕτω γὰρ ποιήσω ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς opinor, hoc ſenſu: *Sit ita: ſed quid faciam? ſiccine vero faciam utcunque tu jubeas? Jubes me autem, ſi non aſſequor quid interroges, ad illud tamen reſpondere, nec meâ ipſum vice interrogare.*

P. 295. E. Σὺ γὰρ πάντως που κάλλιον ἐπίσασαι διαλέγεσθαι ἢ ἐγὼ, τέχνην ἔχων, ἰδιώτου ἀνθρώπου.) Non opus eſt Cornarii conjectura, qui ante ἰδιώτου ἀνθρ. inſerendum cenſuit ἐμοῦ ὄντος. Dictio haec declaranda eſt è grata illa orationis negligentia, quam in Platone ſubinde deprehendere licet. Genitivus ἰδιώτου ἀνθρ. pendet a μοῦ, quod ſcripſiſſe ſe putabat auctor, ſed pro quo revera ſcripſerat ἢ ἐγὼ. Ejusdem eſt rationis Legg. VIII. p. 831. D. — μηδὲν δυσχεραίνοντα, ἐὰν μόνον ἔχῃ δύναμιν καθάπερ θηρίῳ τοῦ φαγεῖν παντοδαπὰ καὶ πιεῖν ὡσαύτως. Ubi θηρίῳ nullo modo declarari poſſit, niſi referendum illud

eſſe

esse animadvertas ad αὐτῷ ἡ δύναμις, pro quo scripserat Plato ἔχῃ δύναμιν. Ad hanc forte anacoluthiam referendum est etiam Sympos. p. 203. A. Θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι· ut Dativus καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι pendeat ab ἀνθρώποις πρὸς θεούς, pro quo scripserat θεοῖς πρὸς ἀνθρ. Sed de hujus loci ratione nolim pronunciare. Forte ibi legendum est: ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς, καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι. Sic paulo ante dixerat: ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν. Locum hunc respexit Plutarch. de Orac. Def. p. 416. E.

P. 300. A. Πότερον δὲ ὁρῶσιν, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, καὶ Σκύθαί τε καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τὰ δυνατὰ ὁρᾶν, ἢ τὰ ἀδύνατα; Τὰ δυνατὰ δήπου. Οὐκοῦν καὶ σὺ, ἔφη, κἀγώ. ὁρᾷς οὖν τὰ ἡμέτερα ἱμάτια; Ναί. Δυνατὰ οὖν ὁρᾶν ἐστὶ ταῦτα. Ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί δὲ; ἢ δ' ὅς. Μηδέν. Σὺ δ' ἴσως οὐκ εἶει ὁρᾶν αὐτά· οὕτως ἠδὺς εἶ. Ἀλλά μοι δοκεῖς, Εὐθύδημε, οὐ καθεύδων ἐπικεκοιμῆσθαι, καὶ οἷόν τε λέγοντα μηδὲν λέγειν, καὶ σὺ τοῦτο ποιεῖν.) Locus a librariis pessime habitus, ut omnis ex eo lepos ac facetia prorsus evanuerit. Et primum quidem κἀγώ ad Euthydemi non pertinet orationem, sed est Ctesippi responsum, ut legendum sit: οὐκοῦν καὶ σὺ; Κἀγώ, ἔφη. quam lectionem secutus est Ficinus. Sequentibus suam restitueris festivitatem, si Σὺ δ' ἴσως οὐκ εἶει ὁρᾶν αὐτὰ· οὕτως ἠδὺς εἶ· non Euthydemo, sed Ctesippo

Digitized by Google

tribuas, ut ſic ſcribatur: Μηδέν· σὺ δ' ἴσως — ἡδὺς εἶ· ἀλλὰ κ. τ. λ. Sic egregie Cteſippus, quas ipſi Euthydemus ſtruxerat, inſidias effugit. Reliqua in noſtris Edd. & magis etiam in Ficini verſione impedita ſunt. Sed nil, opinor, quod reprehendas reſtabit, ſi ante οἷόντε inſeras εἰ: *Videris mihi, ſi fieri poſſit, ut dicens quis nihil dicat, tu ſane illud facere.* Sic apprimè ad haec Dionyſodorus, Ἦ γὰρ οὐχ οἷόν τε, rogat, σιγῶντα λέγειν;

P. 300. D. — ὥςε ὁ Κτήσιππος ἐγένετο πλείων ἢ δεκαπλάσιος. ὃ δ' ἔδοκει μοι, ἅτε πάνουργος ὢν ὁ Κτήσιππος, παρ' αὐτῶν τούτων αὐτὰ ταῦτα παρηκηκόει.) Mirum cui forte videatur παρηκηκόει non pendere ab ἔδοκει, ſed abſolute eſſe poſitum. Et ſane, minus bene ſe habet haec dictio. Malim: ὃ δὲ, δοκεῖ μοι, ἅτε κ. λ. Similiter Protag. p. 314. C. Δοκεῖ οὖν μοι, ὁ θυρωρὸς, εὐνοῦχός τις, κατήκουεν ἡμῶν· ubi δοκεῖ μοι nullam habet in ſequens verbum vim. Poſterius ὁ Κτήσιππος, tamquam inutile annotatoris additamentum, expungendum videtur. Quod ad loci vim & elegantiam, haud diſſimile eſt illud Menex. p. 235. A. — γενναίως πάνυ διατίθεμαι, ἐπαινούμενος ὑπ' αὐτῶν· καὶ ἑκάστοτε ἕςηκα ἀκροώμενος καὶ κηλούμενος, ἡγούμενος ἐν τῷ παραχρῆμα μείζων καὶ γενναιότερος καὶ καλλίων γεγονέναι.

P. 303. B. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν, ἐφ' ἑκάςοις πᾶσι παγκάλως ἐθορύβουν μόνοι οἱ τοῦ Εὐθυδήμου ἑταῖροι.) Nullam magnopere vim habet παγκάλως ἐθορύβουν. Sed ſcripſit auctor: ἐφ' ἑκάστοις πᾶσι παγκαλοῖς.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. E. Ἔγνων ἔγωγε, καὶ τῷ Κτησίππῳ τὸν νοῦν προσέχω ὡς ταχὺ ἡμᾶς ἐκ τοῦ παραχρῆμα μιμεῖσθαι οἷός τε ἦν.) Ita haec cum anteec. cohaerent, ut in iis dixerit Socrates, mirari se hospitum illorum sapientiam eo maxime nomine, quod ita eam artificiose excogitarint, ut cuivis homini quam brevissimo tempore tradi possit. Quem nexum animadvertens, nemo est, quin videat, causalem post ἔγνων particulam excidisse. Et mihi quidem ita constituendus hic locus videtur: ἔγνων γοῦν, ἔγωγε τῷ Κτησίππῳ τὸν νοῦν προσέχων κ. λ. *Animadverti enim, Ctesippum considerans, quam cito & protinus vos imitari potuerit.* Γοῦν ab ἔγνων absorberi facillime potuit, & καὶ eâ de causâ additum videtur, ut corruptum προσέχω cum ἔγνων conjungeretur. Sic vitium vitium gignit.

Protag. p. 310. B. Πρωταγόρας, ἔφη, ἥκει σὰς παρ' ἐμοί. Πρώην, ἔφην ἐγώ· σὺ δὲ ἄρτι πέπυσαι;) Dure locutus sit Plato, si reddenda sunt haecce, prouti reddita sunt a Ficino: *Tum ego, ille jam pridem venit; tu vero modo audisti?* Sed uno inserto commate dictionem habebis aptissimam. Distinguendum: Πρώην, ἔφην, ἐγώ· σύ δὲ α. π. *ego jam pridem, tu vero modo audisti?* In priore loci parte omnino est probanda Mitscherlichii animadversio, quâ σὰς παρ' ἐμοὶ non ad ἥκει, uti editur, sed ad ἔφη refertur.

P. 312. D. Εἰ δέ τις ἐκεῖνο ἔροιτο, ὁ δὲ σοφιστὴς τῶν τί σοφῶν ἐστι; τί ἂν ἀποκρινοίμεθα αὐτῷ; ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης; τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι; ὦ Σώ-

κρατες, ἐπισάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν.) Quandoquidem insignis est hic dialogus cum suavitate atque elegantiâ, tum eâ praecipue facilitate, qua interrogationibus junguntur responsiones; haud temere mireris, tam parum concinnè hoc loco Socrati respondere Hippocratem. Sed noli credere, ita haec esse a Platone conscripta. Scripsit haud dubie vir venustissimus: — Τί ἂν εἴποιμεν; Εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι, ὦ Σώκρατες, ἐπισάτην τ. π. δ. λ. Post τί σοφῶν ἐσι; adjiciendum est, quod excidisse videtur, ἐπισήμων. Sic paulo ante: τῶν τί σοφῶν ἐπισήμονες, & οἱ τῶν σοφῶν ἐπισήμονες.

P. 322. B. Ζεὺς οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, Ἑρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην· — ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς, διὰ τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις.) Ferri omnino non potest διὰ τίνα τρόπον. Omissum est διὰ in excerpto MS. Cod. Reg. quod penes Ruhnkenium fuit. Sed unice legendum est: — ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τρ. Caeterum sunt haec ab Hesiodo profecta. Vid. J. de Rhoer ad Porphyr. p. 9. &, quem citat, Sext. Empir. adv. Rhetor. II. p. 295. Eamdem Hesiodi fabulam respexit Max. Tyr. Diss. XX. init. In antecedentibus p. 321. B. post εἰς τὰ ἄλογα in nostris Editionibus omissa sunt nonnulla, quae in Ficini Cod. apparuerunt. Addit enim ille: (*neque advertit nihil ex tanta sibi elargitione superfore, quo genus nostrum deinde donaret.*) — Quod additamentum tam apprime hunc locum subsequitur, ut, quin ab ipso sit auctore profectum, dubitari nequeat.

P. 325.

Digitized by Google

P. 325. B. Εἰ οὕτω μὲν ἔχει, οὕτω δ' αὐτοῦ πεφυκότος, οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες εἰ τὰ μὲν ἄλλα διδάσκονται τοὺς υἱεῖς, τοῦτο δὲ μὴ, σκέψαι, ὡς θαυμασίως γίγνονται οἱ ἀγαθοί.) Expuncto altero εἰ, ut οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες κ. λ. a priori εἰ pendeant, facilis decurret ac dilucida oratio. Ex egregio, quod in ſeqq. eſt, de pertinaci puero dicto, ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον, colorem duxiſſe videtur Themiſt. Orat. XXI. p. 249. A. Καθάπερ τῶν κλάδων τοὺς διαστρόφους φυέντας οὐκ ἄν ποτε εὐθεῖς μηχανήσαιο ταῖς χερσὶ μαλάττων τε καὶ ἐπικάμπτων, ἀλλ' ἀνατρέχουσιν αὖθις ἐπὶ τὴν σκολιότητα τῆς γενέσεως. Cf. Plutarch. Reip. ger. praec. p. 802. B. — ἐνὶ χρώμενος ὀργάνῳ τῷ λόγῳ, τὰ μὲν πλάττων καὶ συναρμόττων, τὰ δὲ ἀντισατοῦντα πρὸς τὸ ἔργον ὥσπερ ὄζους τινὰς ἐν ξύλῳ, καὶ διπλόας ἐν σιδήρῳ μαλάσσων καὶ καταλείνων, κοσμεῖ τὴν πόλιν. Ubi locum in Platonis Sophiſtâ reſpicit, uti notavit Ruhnk. ad Tim. V. Διπλόον.

P. 328. D. Καὶ ἐγὼ ἐπὶ μὲν πολὺν χρόνον κεκηλημένος ἔτι πρὸς αὐτὸν ἔβλεπον, ὡς ἐροῦντα τι ἐπιθυμῶν ἀκούειν.) Vertit Ficinus: *At ego diu poſt, utpote ſuperiori oratione delinitus, adhuc ipſum intuebar, ſequentium verborum deſiderio inflammatus.* Minus bene. Diſtinguendum: — ἔβλεπον ὡς ἐροῦντα τι, ἐπ. ἀκ. *Et ego, ita ejus oratione captus, ut mihi diu etiam poſt aures deliniret, adhuc eum intuebar, quaſi diceret aliquid, audire cupiens.* Quo ſenſu accipiendum eſſe ἐπὶ πολὺν χρόνον κεκηλημένος ex aliis Platonis locis non temere mihi videor conjeciſſe. Ita Menex. p. 235. B. Οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ

φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ ὦτα, ὥσε μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ, καὶ αἰσθάνομαι οὗ γῆς εἰμι. Crito ſub finem ταῦτα εὖ ἴσθι ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν· καὶ ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ, καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν. Cf. Ruhnk. ad Tim. in V. Ἔναυλος & Κορυβαντιᾷν.

P. 335. D. Ὦ παῖ Ἱππονίκου, ἀεὶ μὲν ἔγωγε σου τὴν φιλοσοφίαν ἄγαμαι, ἀτὰρ καὶ νῦν ἐπαινῶ καὶ φιλῶ.) Ex Ficini verſione, *tuam ſemper philoſophiam admiratus ſum*, conjicere quis poſſit pro ἄγαμαι eum ἤγαμαι legiſſe, quae lectio etſi habet quo ſe commendet, tamen tueri ſe ſatis poſſe vulgatam putem. Caeterum ſimilis eſt huic & forma & ſuavitate locus Rep. L. II. p. 367. E. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας, αἰεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ τε Γλαύκωνος καὶ τοῦ Ἀδειμάντου ἠγάμην, ἄταρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἤσθην, καὶ εἶπον κ. λ. Ubi procul dubio pro ἤσθην legendum eſt ἠγάσθην. Cf. Themiſt. Orat. XI. p. 147. B. Καὶ δῆτα ἐγὼ — ἄλλά τε ἠγάσθην πολλάκις τῶν Ἀσσυρίων γραμμάτων· ἀτὰρ οὖν καὶ τοῦτο θαυμαστῶς ἄγαμαι καὶ ἐπαινῶ. Xenoph. Symp. C. VIII. §. 8. Ἀεὶ μὲν οὖν ἔγωγε ἠγάμην τὴν σὴν φύσιν, νῦν δὲ καὶ πολὺ μᾶλλον — Ibid. §. 12. Νὴ τὴν Ἥραν, ὦ Σώκρατες, ἄλλα τε σου πολλὰ ἄγαμαι, καὶ ὅτι — Themiſt. Orat. I. p. 7. C. Πολλὰ οὖν ἔγωγε ἀγάμενος βασιλέως, μάλιστα ἄγαμαι τῶν λοιπῶν, ὅτι πᾶν τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς, ὥσπερ σίδηρον, ἐμάλαξε καὶ χρήσιμον ἀντὶ ἀχρήστου ἐποίησε· μᾶλλον δ' ὠφέλιμον ἀντὶ βλαβερσῦ.

Cui

Cui ſententiae ſimilis eſt quae ejusdem exſtat apud Stob. Sermone I. p. 21. Ed. Baſ. Καὶ οὕτως σοὶ αὐτὰ (τὰ παθήματα) παιδαγωγοῦντι, ἀναφανήσεται χρήσιμά τε καὶ ὠφέλιμα, ἀντὶ ἀχρήστων καὶ βλαβερῶν. Utraque expreſſa eſt ex Platone Rep. III. p. 411. A. Οὗτος τὸ μὲν πρῶτον, εἴτι θυμοειδὲς εἶχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξε, καὶ χρήσιμον ἐξ ἀχρήστου καὶ σκληροῦ ἐποίησεν.

P. 336. C. — ἕως ἐπιλάθωνται περὶ ὅτου τὸ ἐρώτημα ἦν οἱ πολλοὶ τῶν ἀκουόντων· ἐπεὶ Σωκράτει γε ἐγὼ ἐγγυῶμαι μὴ ἐπιλήσεσθαι, οὐχ ὅτι παίζει καὶ φησὶν ἐπιλήσμων εἶναι.) Suſpicatur Stephanus, non integra haec ad nos perveniſſe, vel, ſi integra, certe pro οὐχ ὅτι aliud eſſe reponendum. Cujus ego ſuſpicionis nec cauſſam video nec rationem. Οὐχ ὅτι h. l. *licet* ſignificat, uti optime vidit Ficinus. Eâdem illud ſignificatione & alibi occurrit & Theaet. p. 157. A. Τὸ δ' εἶναι πανταχόθεν ἐξαιρετέον· οὐχ ὅτι ἡμεῖς πολλὰ καὶ ἄρτι ἠναγκάσμεθα ὑπὸ συνηθείας καὶ ἀνεπιστημοσύνης χρῆσθαι αὐτῷ.

P. 339. B. Πότερον οὖν καλῶς σοι δοκεῖ πεποιῆσθαι καὶ ὀρθῶς; ἢ οὔ; Πάνυ, ἔφην ἔγωγε, καὶ ὀρθῶς.) Platonicam puto reſpondendi proprietatem huic loco reſtitueris, ſi legas: Πάνυ, ἔφην ἐγὼ, ἔμοιγε, καὶ καλῶς καὶ ὀρθῶς. Certe, ut καλῶς inſeratur in primis ſequens requirit interrogatio: δοκεῖ δέ σοι καλῶς πεποιῆσθαι, εἰ —

P. 342. B. Σχηματίζονται ἀμαθεῖς εἶναι, ἵνα μὴ κατάδηλοι ὦσιν ὅτι σοφίᾳ τῶν Ἑλλήνων περίεισιν· (ὥσπερ οὓς Πρωταγόρας ἔλεγε τοὺς σοφιστάς) ἀλλὰ δοκῶσι

κῶσι τῷ μάχεσθαι καὶ ἀνδρείᾳ περιεῖναι· ἡγούμενοι, εἰ γνωσθεῖεν ὅπερ εἰσί, πάντας τοῦτο ἀσκήσειν.) Non video, quare Stephanus τοὺς ante σοφιστάς expungendum cenſeat. Eſt enim, uti ſaepiſſime alibi, ita hîc etiam, τοὺς σοφιστάς veluti interpretamentum antecedentis οὓς. Reſpicit autem ad Protagorae orationem p. 316. Sed aliud eſt idemque gravius, cujus cauſla hunc locum adſcripſimus. Ὅπερ εἰσι quo hîc ſenſu occurrat, niſi difficili & contorta interpretatione, declarari nequit. Sed non magnopere laborandum. Iisdem fere ſervatis literis, ita corrigi poteſt, ut dilucidum evadat ac perſpicuum. Lege: ᾧ περίεισι.

P. 345. D. Οὐ γὰρ ῥᾴτως ἀπαίδευτος ἦν Σιμωνίδης, ὥστε τούτους φάναι ἐπαινεῖν, ὃς ἂν ἑκὼν μηδὲν κακὸν ποιῇ· ὡς ὄντων τινῶν οἳ ἑκόντες κακὰ ποιοῦσιν.) Ut τούτους accommodarem ad ſequens ὃς, mutandum illud aliquando in τούτον vel τοιοῦτον putabam. Nunc vero τούτους ſervandum, ſed pro ὃς legendum ὅσις cenſeo. Ipſe dixit Simonides πάντας δ' ἐπαινοῖμι — ὅσις ἔρδῃ κ. λ. De hoc autem placito οὐδεὶς ἑκὼν κακὸς, in quo Platonis agnoſcas accuratum de hominum indole judicium, non ſemel apud ipſum reperias. Et operae pretium eſt unum alterumve locum adſcribere, quo haec continetur ſententia. Legg. V. p. 731. C. — Πᾶς ὁ ἄδικος, οὐχ ἑκὼν ἄδικος· τῶν γὰρ μεγίστων κακῶν οὐδεὶς οὐδαμοῦ οὐδὲν ἑκὼν κέκτητο ἄν ποτε. πολὺ δ' ἧκιστα, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ τιμιωτάτοις. ψυχὴ δ', ὡς ἔπομεν, ἀληθείᾳ γ' ἐστὶ πᾶσι τιμιώτατον. ἐν οὖν τῷ τιμιωτάτῳ τὸ μέγιστον κακὸν οὐδεὶς ἑκὼν μήποτε λάβῃ, καὶ ζῇ διὰ βίου κεκτήμενος αὐτό.

αὐτό. ἀλλὰ ἐλεεινὸς μὲν πάντως ὅγε ἄδικος, καὶ ὁ τὰ κακὰ ἔχων. Praeclare item ibid. p. 734. B. Καὶ τόν γε βουλόμενον ἡδέως ζῆν, οὔκετι παρείκει ἑκόντα γε ἀκολάστως ζῆν. ἀλλ' ἤδη δῆλον ὡς, εἰ τὸ νῦν λεγόμενον ὀρθὸν, πᾶς ἐξ ἀνάγκης ἄκων ἐστὶν ἀκόλαστος. ἡ γὰρ δι' ἀμαθίαν, ἡ δι' ἀκράτειαν, ἢ δι' ἀμφότερα, τοῦ σωφρονεῖν ἐνδεὴς ὢν ζῇ ὁ πᾶς ἀνθρώπινος ὄχλος. Adde Tim. p. 86. D. Rep. IX. p. 589. C. Hipp. Maj. p. 296. C. Conf. Epictet. Diff. I. 28. II. 22. ubi Vid. Uptonus, & M. Anton. V. II. 63. ubi Gataker.

P. 346. A. Ὥστε ἔτι μᾶλλον ψέγειν τε αὐτοὺς, καὶ ἔχθρας ἑκουσίους πρὸς ταῖς ἀνάγκαις προσίθεσθαι.) Corrigendum: πρὸς ταῖς ἀναγκαίαις. Hoc enim voluit Plato: improbi homines si improbos habent parentes, eorum flagitia cum uno quoque communicant, id agentes, ut ipsorum erga illos negligentia a nemine improbetur. Et hac ratione ad *necessarium* in parentes odium, ex eorum improbitate ortum, *spontaneum* accedit, quod ipsis excusandis inservit.

P. 347. C. & D. Manifesta apparent vestigia simultatis illius, quae Platonem inter & Xenophontem fuit. Animadvertit Athenaeus p. 504. F., locum in Platonis Symposio p. 176. E., ubi tibicina, quae aderat, e convivio dimittitur, oppositum esse Xenophontis Symposio: συμπόσια μὲν γὰρ γεγράφασιν ἀμφότεροι, καὶ ἐν αὐτοῖς ὁ μὲν τὰς αὐλητρίδας ἐκβάλλει, ὁ δὲ εἰσάγει. Sed magis etiam & acrius hoc loco idem ille Xenophontis libellus a Platone exagitatur. Quod tenendum, si quidem disputationis hujus vim omnem ac significationem percipere studeamus. Cae-

terum illud πολλοῦ μισθούμενοι ἀλλοτρίαν φωνὴν τὴν τῶν αὐλῶν, καὶ διὰ τῆς ἐκείνων φωνῆς ἀλλήλοις σύνεισιν venuſtatis eſt Platonicae. Sic Rep. VIII. p. 568. C. Εἰς δέ γε, οἶμαι, τὰς ἄλλας περιϊόντες πόλεις, ξυλλέγοντες τοὺς ὄχλους, καλὰς φωνὰς καὶ μεγάλας καὶ πιθανὰς μισθωσάμενοι, εἰς τυραννίδας τε καὶ δημοκρατίας ἕλκουσι τὰς πολιτείας.

P. 349. A. Πῶς οὖν οὐ σε χρὴ παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν τούτων σκέψιν, καὶ ἐρωτᾷν, καὶ ἀνακοινοῦσθαι; οὐκ ἐσθ' ὅπως οὐ καὶ νῦν δή. ἐγὼ ἐκεῖνα ἅπερ τοπρῶτον ἠρώτων περὶ τούτων, πάλιν ἐπιθυμῶ ἐξ ἀρχῆς τὰ μὲν ἀναμνησθῆναι παρὰ σοῦ, τὰ δὲ συνδιασκέψασθαι.) Procul abſum, ut Stephano aſſentiar, qui, ſublata poſt νῦν δὴ diſtinctione, ſic vertendum putat: *fieri certe nullo modo poteſt quin cupiam &c.* Nam ne dicam, ex hoc loco hanc ſententiam, niſi extorquendo, duci non poſſe, ipſa ſententia quo ſe commendet nihil magnopere habet. Sed haec unice recta videtur difficultatis ſuperandae ratio, ſi diſtinguatur poſt οὐ, & καὶ νῦν δὴ ſequentibus connectatur. Frequentiſſime apud Platonem οὐκ ἐσθ' ὅπως οὐ hoc modo elliptice ponitur: cujus dictionis putidum ſit exempla cumulare. Praeſtat monere ante συνδιασκέψασθαι inſerendum videri σοὶ. Locum ſic item legit Ficinus, niſi quod οὐκ ἐσθ' ὅπως οὐ Protagorae eſſe reſponſum putavit. Sed totam hanc orationem a Socrate proficiſci ipſius evincit orationis habitus ac ratio.

P. 351. C. Οἷον λέγεις; καθ' ὃ ἡδέα ἐστὶν, ἆρα κατὰ τοῦτο οὐκ ἀγαθὰ, εἰ μή τι ἀπ' αὐτῶν ἀποβήσεται ἄλλο; καὶ αὖθις αὖ τὰ ἀνιαρὰ ὡσαύτως; Οὕτως. Οὐ καθόσον

ἴσον ἀνιαρὰ, κακά;) Quod haec ſubſequitur Protagorae reſponſum ſatis ſuperque evincit, procul eum abeſſe, ut quod a Socrate interrogatur, id probet atque affirmet. Nullum omnino hîc locum habere illud Οὕτως poteſt, ſed, expuncto illo, reliqua ipſam prodant auctoris ſententiam: *An ea quae jucunda ſunt, eo non eſſe bona dicis, quod jucunda ſunt, ſi nihil ab iis aliud proveniat? & ſimiliter etiam triſtia, eo non eſſe mala, quod triſtia ſunt?*

P. 354. C. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ χαίρειν τότε λέγεται κακὸν εἶναι, ὅταν μειζόνων ἀποστερῇ ἢ ὅτας αὐτὸ ἔχει, ἢ λύπας μείζους παρασκευάζῃ τῶν ἐν αὐτῷ ἡδονῶν.) Poſt μειζόνων requiritur ἡδονῶν, quod facile ab illo intercipi potuit. Ita mox eodem ſenſu λύπας poſt μείζους additum: ὅταν ἢ μείζους λύπας τῶν ἐν αὐτῷ οὐσῶν ἀπαλλάττῃ ἢ μείζους ἡδονὰς τῶν λυπῶν παρασκευάζῃ;

P. 355. D. Ὅταν τὰ μὲν, μείζω, τὰ δὲ σμικρότερα ᾖ; ἢ πλείω, τὰ δὲ, ἐλάττω.) Facile aſſentior Stephano, ſi legeretur ἢ τὰ μέν, πλείω, τὰ δὲ, ἐλάττω, magis hoc eſſe e conſuetudine vulgari. Nec tamen hinc effici concedam, ad hanc conſuetudinem immutandum eſſe locum. Non raro apud Platonem hanc dicendi rationem deprehendas, quâ μὲν ante δὲ omittitur. Phileb. p. 56. D. Πῇ ποτε διορισάμενος οὖν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην θείη τὶς ἂν ἀριθμητικήν; Gorg. p. 455. D. Οἶσθα γὰρ δήπου ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ, ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε, τὰ δ' ἐκ τῆς Περικλέους. Cratyl. 385. B. Οὐκοῦν εἴη

ἂν λόγος ἀληθὴς, ὁ δὲ, ψευδής; Politic. p. 298. D. Τὰ δὲ τῷ πλήθει δόξαντα περὶ τούτων, εἴτε τινῶν ἰατρῶν καὶ κυβερνητῶν — γράψαντας ἐν κύρβεσι τισὶ καὶ σήλαις, τὰ δὲ καὶ ἄγραφα θεμένους ἔθη. Legg. I. p. 648. B. — Ἐλέγχων ἐν τοῖς παθήμασιν, ὥσε ἀναγκάζειν ἄφοβον γίγνεσθαι, παρακελευόμενος καὶ νουθετῶν καὶ τιμῶν, τὸν δὲ ἀτιμάζων, ὅσις σοι μὴ πείθοιτο κ. λ. Sympos. p. 207. D. Οὗτος μέντοι οὐδέποτε τὰ αὐτὰ ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ὅμως ὁ αὐτὸς καλεῖται, ἀλλὰ νεὸς ἀεὶ γιγνόμενος, τὰ δὲ ἀπολλὺς καὶ κατὰ τὰς τρίχας καὶ κ. λ. Tim. p. 69. E. Διορίζοντες οἷον γυναικῶν, τὴν δὲ ἀνδρῶν χωρὶς οἴκησιν. Phileb. p. 35. E. Καὶ εἴτις τούτων ἐν ἑκατέρῳ γιγνόμενος ἡμῶν ἀλγεῖ, τότε δὲ χαίρει κατὰ τὰς μεταβολάς. Sic item Numenius apud Euseb. P. E. p. 727. C. Ἐπεὶ εἰς γε τὰ ἄλλα πολλαχῇ παραλύοντες, τὰ δὲ ϛρεβλοῦντες, τὸκ ἐνέμειναν τῇ πρώτῃ διαδοχῇ· ubi frustra Editor ante παραλύοντες inserit τὰ μὲν. Dio Chrysost. Orat. XXVIII. p. 288. D. Καὶ ἑτέρους ἀεὶ προσάγοντας, τοὺς δὲ καὶ ἀπιόντας διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἰδεῖν. Nec dubitandum, quin ad hanc item rationem revocandus sit locus Platonis Legg. I. 629. D. Φέρε δὴ, ποτέρους καὶ πρὸς πότερον ἐπαινῶν τὸν πόλεμον, οὕτως τοὺς μὲν ὑπερεπῃνεσας, τοὺς δ' ἔψεξας τῶν ἀνδρῶν; ut expungatur τοὺς μὲν. Exquisitam dictionem facile prae insciti corrumpere potuerint librarii. At integram eam servavit Cod. Leidensis, in quo τοὺς μὲν non apparet. P. 356. A. Ἀλλὰ πολὺ διαφέρει, ὦ Σώκρατες, τὸ παραχρῆμα ἡδὺ τοῦ εἰς τὸν ὕστερον χρόνον καὶ ἡδέος καὶ λυπηροῦ, μᾶν ἄλλῳ τῷ, φαίην ἂν ἔγωγε, ἢ ἡδονῇ καὶ λύ-

λύπης) Neminem facile vel mediocriter attendentem latere poteſt inſerendum eſſe καὶ λυπηρὸν poſt ἡδὺ, ut τὸ παραχρῆμα ἡδὺ καὶ λυπηρὸν, cum ad τοῦ εἰς τὸν ὕστερον χρόνον καὶ ἡδέος καὶ λυπηροῦ, tum ad ſequens ἡδονῇ καὶ λύπῃ reſpondeat. Caeterum tota haec de voluptate & triſtitia diſputatio multo erit ad intelligendum facilior, ſi ipſi conferas egregium locum Rep. IX. p. 583. ſqq.

Hipp. p. 368. Locum de inſigni iſta Hippiae oſtentatione laudat Themiſt. Orat. XXIX. p. 345. C. ubi Harduini correctionem, pro καὶ πολλοὺς λόγους καὶ παντοδαποὺς συγκειμένους legentis κ. π. λ. κ. παντὰ δαπῶς σ. ipſe Platonis locus ſupervacuam eſſe oſtendit. Similiter Polit. 290. A. Οὕς γε ὁρῶμεν μισθωτοὺς καὶ θῆτας πᾶσιν ἑτοίμους ὑπηρετοῦντας. Sed, quod apud Themiſtium deinceps p. 346. A. de eodem argumento dicitur, εἰ δὲ σύ τινα οὕτως εὐδαίμονα τῶν ἡμετέρων πολιτῶν ὑπολαμβάνεις, μακάριοι δὲ οἱ συνόντες αὐτῷ· ἐγὼ μέντοι, ὦ μακάριε, τοῦ μακαρισμοῦ τούτου πόρρω ἀφέσηκα: hoc omnino correctione indiget. Nec multum, credo, a germanâ loci lectione aberremus, ſi legamus: — ὑπολαμβάνεις, μακαρίως μὲν αὐτὸς ζῇ, μακάριοι δὲ οἱ συνόντες αὐτῷ κ. τ. λ. Quae conjectura audax ſane ac temeraria videretur, niſi auctoritate niteretur Platonis, Legg. IV. p. 711. E. Εἰ δ' οὖν καὶ γέγονεν, ἢ καὶ γενήσεται τοιοῦτος, ἢ νῦν ἡμῶν ἐσί τις, μακαρίως μὲν αὐτὸς ζῇ, μακάριοι δὲ οἱ ξυνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ἰόντων λόγων· quo ſine dubio reſpexit Themiſtius.

P. 373. A. Καὶ νῦν, ἐὰν μή μοι ἐθέλῃ Ἱππίας ἀπο-

κρίνεσθαι, δέου αὐτοῦ περὶ ἐμοῦ.) Requiritur omnino ὑπὲρ ἐμοῦ: nec dubito, quin ita scripserit auctor. υ in ὑπὲρ a praecedenti υ facile intercipi potuit.

P. 374. A. Τί δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ πάσῃ τῇ τοῦ σώματος χρείᾳ; οὐχ ὁ βελτίων τὸ σῶμα δύναται ἀμφότερα ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ ἰσχυρὰ καὶ τὰ ἀσθενῆ, καὶ τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰ καλά; ὥστε ὅταν κατὰ τὸ σῶμα πονηρὰ ἐργάζηται, ἐκὼν ἐργάζεται ὁ βελτίων τὸ σῶμα· ὁ δὲ πονηρότερος, ἄκων. III. Ἔοικε καὶ κατὰ τὴν ἰσχὺν οὕτως ἔχειν.) Et Ficini versio & ipsa loci ratio monet, legendum esse: οὐχ ὁ ἰσχυρότερος καὶ βελτίων τὸ σῶμα. In reliquis major inest difficultas. Etenim persuadere mihi non possum, ἔοικε καὶ κατὰ τὴν ἰσχὺν οὕτως ἔχειν recte ab Hippia dici. Tantum enim in hoc sermone abest, ut, quod Socrates erat dicturus, ipse officiose dicat, ut non nisi quam brevissime ad singulas interrogationes respondeat. Et vero qualicunque ratione rem consideres, uni Socrati haec verba videntur propria. Equidem, addito γε post ἔοικε continuem Socratis orationem, sic legens: — ἄκων· ἔοικε γε καὶ κατὰ τὴν ἰσχὺν οὕτως ἔχειν. III. Ἔοικε. ΣΩ. Τί δὲ κ. τ. λ.

P. 375. E. Τί δ' εἰ ἐπιστήμην, οὐχ ἡ σοφωτέρα ψυχὴ, δικαιοτέρα; ἡ δὲ ἀμαθεστέρα, ἀδικωτέρα; τί δ' εἰ ἀμφοτέρας, οὐχ ἡ ἀμφοτέρας ἔχουσα, ἐπιστήμην καὶ δύναμιν, δικαιοτέρα; ἡ δ' ἀμαθεστέρα, ἀδικωτέρα; οὐχ οὕτως ἀνάγκη ἔχειν;) Ante τί δ' εἰ ἀμφότερα; & loci postulante contextu & Ficini addicente libro, Hippiae affirmatio ἔοικε vel ναὶ vel similis inferenda est. In sequentibus nemo non videt, post ἀμαθεστέρα exci-

cidisse καὶ ἀσθενεστέρα, ut ἡ ἀμαθεστέρα καὶ ἀσθενεστέρα bene opponatur anteriori ἡ ἀμφοτέρας ἔχουσα, ἐπιστήμην καὶ δύναμιν.

Cratyl. P. 384. C. Ὅτι δὲ οὔ φησί σοι Ἑρμογένει ὄνομα εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, ὥσπερ ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν· οἴεται γὰρ ἴσως σε χρημάτων ἐφιέμενον κτήσεως, ἀποτυγχάνειν ἑκάστοτε.) Obscuram reddit sententiam illud ὥσπερ, quod si tollatur, bene se habebunt reliqua. Sed alia est etiam correctionis ratio, eademque aptior & verisimilior, ut post ὥσπερ inseramus λέγεις & legamus: — ἀληθείᾳ, ὥσπερ λέγεις, ὑποπτ. Dixerat hoc Hermogenes p. 383. B.

P. 385. A. Ὃ ἂν θῇ καλεῖν τις ἕκαστον, τοῦτ' ἔστιν ἑκάστῳ ὄνομα;) Duplex se offert emendandi modus: alter, ut scribamus, ὃ ἂν θῇ καὶ καλῇ τις: alter, ut θῇ in θέλῃ mutemus. Illum secutus videtur Ficinus, vertens: *Quodcunque imponit quis cuique nomen vocatque, id illi esse nomen asseris?*

P. 388. E. Οὐκ ἄρα παντὸς ἀνδρός, ὦ Ἑρμόγενες, ὄνομα θέσθαι ἐστὶν, ἀλλά τινος ὀνοματουργοῦ. οὗτος δ' ἐστὶν, ὡς ἔοικεν, ὁ νομοθέτης.) In describendo hoc dialogo eum ubique errorem commiserunt librarii, ut ὀνομαθέτης & ὀνομαθετικὴ cum νομοθέτης & νομοθετικὴ confunderent. Quo vitio & hic locus purgandus est & p. 393. E. 404. B. C. 408. B. 427. C. 431. E. 437. E. Germanam ubique lectionem secutus est Ficinus, cujus ope corrigi item potest p. 428. E. — οὔσπερ σὺ κατ' ἀρχὰς ἔλεγες τοὺς νομοθέτας — Lege: — νομοθέτας καὶ ὀνομαθέτας. Vertit enim: *quos a principio tu legum & nominum conditores cognominabas.*

Idem

Idem vitium tollendum Epinom. p. 987. B. Ὁ μὲν γὰρ Ἑωσφόρος, Ἕσπερός τε, ὁ αὐτὸς εἶναι, ἔχει δὴ λόγον· ὁ δ' ὁμόδρ. Quem locum ita ſupplemus ex Cod. Leidenſi — Ἕσπερός τε ὢν αὐτὸς Ἀφροδίτης εἶναι, σχεδὸν ἔχει λόγον καὶ μαλὰ Συρίῳ νομοθέτῃ πρέπον· ὁ δ' ὁμόδρ. Supplementum expreſſit Ficinus vertendo: *Lucifer enim qui & Veſper eſt, ſtella* Ἀφροδίτης *i. e. Veneris, eſſe dicitur: quod dictum Syrio nominum auctori valde congruum eſt.* Et ex hac quidem Verſione manifeſtum eſt, eum pro νομοθέτῃ legiſſe ὀνομαθέτῃ.

P. 399. D. Πειρώμεθα δὴ καὶ ταῦτα (ψυχὴν καὶ σῶμα) διελεῖν, ὥσπερ τὰ ἔμπροσθεν; ψυχὴν λέγεις ἐπισκέψασθαι, ὡς εἰκότως τούτου τοῦ ὀνόματος τυγχάνει, ἔπειτ' αὖ τὸ σῶμα; ΕΡΜ. Ναί ΣΩ. Ὡς μὲν τοίνυν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγειν κ. τ. λ.) Bene animadvertit Stephanus, ſignum hoc interrogandi poſt ἔμπροσθεν mutandum eſſe in punctum, quod utraque Baſil. habet. Sed ne ſic quidem hic locus difficultate vacat. Verba enim ψυχὴν λέγεις ἐπ. κ. τ. λ. Socratis perſonae minime conveniunt. Scribendum videtur: — ἔμπροσθεν. ΕΡΜ. Ψύχην λέγεις — τὸ σῶμα; ΣΩ. Ναί· ὡς μὲν τ. κ. λ. Quae haec praecedit interrogatio: τί οὖν τὸ μετὰ τοῦτο ἔρωμαι σε, ὃ ἡδέως ἂν πυθοίμην; non bene ſe habet. Diſtinctionis laborat vitio. Stephanus diſtinguendum cenſet τί οὖν; τὸ μ. &c. Sed legere praeſtat τί οὖν τὸ μετὰ τοῦτο; ἢ ἔρωμαί σε &c. —; ſic infra p. 402. D. Ἀλλὰ τί τὸ μετὰ τοῦτο; & centies alibi.

P. 400. B. ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ δοκεῖ γέ

γέ μοι τοῦτο ἐκείνου τεχνικώτερον εἶναι. ΕΡΜ. Καὶ γάρ ἐσι. ΣΩ. Γελοῖον μέντοι φαίνεται ὡς ἀληθῶς ὀνομαζόμενον ὡς ἑτέθη. ΕΡΜ. Ἀλλὰ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο πῶς φῶμεν ἔχειν; ΣΩ. Τὸ σῶμα λέγεις. ΕΡΜ. Ναί. ΣΩ. Πολλαχῇ μοι δοκεῖ κ. λ.) Et hoc loco dicendi partes aliter distribuendae sunt. Scribe: Πάνυ μὲν οὖν, καὶ δοκεῖ γέ μοι τοῦτο ἐκείνου τεχνικώτερον εἶναι. ΣΩ. Καὶ γάρ ἐσι· γελοῖον μέντοι Φ. ὡς ἀλ. ὀν. ὡς ἑτέθη. ἀλλὰ δὴ τ. μ. τ. π. Φ. ἔχειν; ΕΡΜ. Τὸ σῶμα λέγεις; ΣΩ. Ναί· Πολλαχῇ μοι δ. κ. λ. Quae distinguendi ratio ita se ipsa commendare videtur, ut ad eam firmandam non opus sit disputatione.

P. 403. E. Καὶ τὸ αὖ μὴ ἐθέλειν συνεῖναι τοῖς ἀνθρώποις ἔχουσι τὰ σώματα, ἀλλὰ τότε συγγίνεσθαι ἐπειδὰν ἡ ψυχὴ καθαρὰ ἧ πάντων τῶν περὶ τὸ σῶμα κακῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, οὐ φιλόσοφον σοι δοκεῖ εἶναι καὶ εὖ ἐντεθυμημένον;) Ficinus: *An non philosophi tibi videtur officium, virique summa prudentia & consilio praediti &c.* E qua versione patet, hanc eum lectionem secutum esse: — οὐ φιλοσόφου σοι δοκεῖ εἶναι καὶ εὖ ἐντεθυμημένου; quae haud dubie germana est. Sane, ex Platonis sententia, solis hoc studium philosophis proprium est, eosque a caeteris distinguit hominibus. Phaedone p. 65. A. — δῆλός ἐσιν ὁ φιλόσοφος ἀπολύων ὅτι μάλισα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Ibid. E. Μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι, μήτε ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινὲς ἕκασον ἐπιχειρεῖ θηρεύ-

εἶν τῶν ὄντων, ἀπαλλαγεὶς ὅτι μάλιστα ὀφθαλμῶν τε καὶ ὤτων, καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ξύμπαντος τοῦ σώματος, ὡς ταράττοντος καὶ οὐκ ἐῶντος τὴν ψυχὴν κτήσασθαι ἀληθείαν τε καὶ φρόνησιν, ὅταν κοινωνῇ. Cf. Davis. ad Tuscul. I. c.

P. 409. A. Τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα (ἡ σελήνη) φαίνεται τὸν Ἀναξαγόραν πιέζειν. ΕΡΜ. Τί δή; ΣΩ. Ἔοικε δηλοῦν τι παλαιότερον, ὃ ἐκεῖνος νεωστὶ ἔλεγεν, ὅτι ἡ σελήνη ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἔχει τὸ φῶς.) Perperam Interpres: *Quoniam prae se aliquid fert antiquius, quod ille nuper dixit &c.* Sensus est: *hoc nomen arguit Anaxagorae decretum, Lunam a sole lumen accipere, ipso Anaxagora antiquius.* Quam sententiam ut haec verba exprimant, Attica revocanda est dictio: ἔοικε δηλοῦντι παλαιότερον — De hoc decreto V. Plutarch. De Placit. Philos. II. 25.

P. 410. C. — τὸ γὰρ γεγάασι, γεγενῆσθαι λέγει. ΕΡΜ. Εἶεν. ΣΩ. Τί οὖν ἡμῖν ἦν τὸ μετὰ τοῦτο; ΕΡΜ. Ὧραι, ὦ Σώκρατες, καὶ ἐνιαυτὸς, καὶ ἔτος. ΣΩ. Αἱ μὲν δὴ ὧραι Ἀττικιστὶ ὡς τοπαλαιὸν ῥητέον, εἴπερ βούλει τὸ εἰκὸς εἰδέναι· ὧραι γὰρ εἰσι διὰ τὸ ὁρίζειν κ. τ. λ.) Perverse librarii ante εἶεν Hermogenis & ante τί οὖν ἡμῖν &c. Socratis nomen praeposuerunt. Utrumque a Socrate dicitur. Reliqua, duce Ficino, sic constituo: ΣΩ. Ὧραι μὲν δὴ ὧραι Αττικ. — εἰδέναι. ὧραι γὰρ εἰσι διὰ τὸ ὁρίζειν κ. λ. Ὧραι ab antecedente ΣΩ. partim interceptum videtur.

P. 417. A. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο δηλοῖ ἢ τὴν ἅμα φορὰν τῆς ψυχῆς μετὰ τῶν πραγμάτων· καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ τοιού-

αὐτου πραττόμενα, συμφερόντά τε καὶ σύμφορα κεκλῆσθαι ἀπὸ τοῦ συμπεριφέρεσθαι. EPM. Ἔοικε.) Eodem haec remedio indigent, quo p. 419. [C. ὀδύνη δὲ, ἀπὸ τῆς ἐνδύσεως τῆς λύπης κεκλημένη. EPM. Ἔοικε. Utroque loco Hermogenis nomen delendum, & Ἔοικε Socratis orationi adjungendum est.

P. 421. A. Rogante Hermogene, undenam ὄνομα dicatur, sic progreditur disputatio: ΣΩ. Μαίεσθαι οὖν καλεῖς τί; EPM. Ἔγωγε τὸ ζητεῖν. ΣΩ. Ἔοικε τοίνυν ἐκ λόγου ὀνόματι συγκεκροτημένῳ, λέγοντος ὅτι τοῦτ' ἐστὶν, οὗ τυγχάνει ζήτημα τὸ ὄνομα. ἐνταῦθα γὰρ σαφῶς λέγει τοῦτο εἶναι, ὀνόμασμα ἐστίν. Interpres: *quid vocas μαίεσθαι? Herm. Voco equidem inquirere.* Mutandum τί in τι & distinguendum post Ἔγωγε. *An aliquid vocas μαίεσθαι? Herm. Ego sane, inquirere illud voco.* Sic legere jubet Platonis consuetudo. Sed hoc levius: gravius est, bene interpretari sequentia. Haec enim ita sunt obscura, ut quid voluerit philosophus, admodum sit ad perspiciendum difficile. Nec adjumentum praebet Ficinus, qui versionem dedit ipso contextu obscuriorem. Stephanus difficultatem, etsi non removit, tamen removere conatus est, conjiciens expungendum post ὀνόμασμα esse ἐστίν, & tollendum quod post εἶναι positum est comma. Quam Stephani opinionem probat Fischerus. At vero vel ita nihil luminis accedit loco, & μαίεσθαι illud, de quo rogavit Socrates, nullum omnino usum habet. Sed, quid multis? Pro ἐνταῦθα γὰρ σαφῶς λέγει τοῦτο εἶναι, ὀνόμασμα ἐστίν. legendum videtur: — τοῦτο

εἶναι ὂν, οὗ μαῖσμα ἐστίν. Caeterum poſt ζήτημα diſtinguendum, ut τὸ ὄνομα ad ὅτι τοῦτ' ἐστὶν ὂν referatur. Ut ſententiam loci quam breviſſimo compendio complectamur, hoc ait Socrates: *ὄνομα dici ab ὂν & μαίεσθαι i. e.* ζητεῖν, QUAERERE: *eſſe enim ὄνομα illud ὂν, cujus eſt μαῖσμα i. e.* ζήτημα, QUAESTIO *ſive* DISQUISITIO.

P. 421. B. Τὸ δὲ ὂν καὶ ἡ οὐσία ὁμολογεῖ τῷ ἀληθεῖ, τὸ ἰῶτα ἀποβαλόν· ἰὸν γὰρ σημαίνει, καὶ τὸ οὐκ ὂν αὖ, ὥς τινες καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸ οὐκ ἰόν.) Τὸ ἀληθὲς hoc loco eſt univerſi hujus conditio, ut omnia perpetuo eant, moveantur, mutentur. Cui conditioni ὂν & οὐσία convenire dicitur, τὸ ἰῶτα ἀποβαλόν. Atqui ὂν & οὐσία, ut rerum naturae conveniant & motum ſignificent, mutanda ſunt in ἰὸν & ἰουσία, aſſumere ἰῶτα debent, non abjicere. Sed facile tolli repugnantia poteſt. Simpliciter enim ἀποβαλόν in ἀπολαβόν mutandum. Quod ad poſteriorem loci partem attinet, apparet quidem, hanc ejus eſſe vim & ſententiam, τὸ ὂν & τὸ οὐκ ὂν ſignificare ἰὸν & οὐκ ἰόν, ſed quid ſibi vult illud: ὥς τινες καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸ? Nemo enim pro οὐκ ὂν dicat οὐκ ἰόν. Forte hoc voluit Plato, pro οὐκ ὂν nonnullos dicere οὐχὶ ὄν, atque adeo ita illud pronunciari nonnunquam ac ſi dicatur οὐκ ἰόν. Quae ſi Platonis mens eſt, pro οὐκ ἰὸν ſcribendum eſt οὐχὶ ὄν.

P. 425. C. Οὕτω δὲ καὶ νῦν αὖ εἰπόντες ἡμῖν αὐτοῖς ἴωμεν, ὅτι, εἰ μέν τι χρηστὸν εἴη αὐτὰ διελέσθαι, εἴτε ἄλλον ὁντινοῦν, εἴτε ἡμᾶς, οὕτως ἔδει αὐτὰ διαιρεῖ-

ρεῖσθαι.) Corrigendum videtur ἴδωμεν. Ita κατιδεῖν in antecedentibus: ἢ βούλει οὕτως ὅπως ἂν δυνώμεθα, καὶ ἂν σμικρόν τι αὐτῶν εἰδεῖτ' ὦμεν κατιδεῖν, ἐπιχειρῶμεν; προειπόντες τοῖς θεοῖς, ὅτι κ. τ. λ. & σκοπεῖσθαι ac θεᾶσθαι paullo superius: ἡμᾶς δὲ δεῖ, εἴπερ τεχνικῶς ἐπιχειρήσομεθα σκοπεῖσθαι αὐτὰ πάντα — οὕτω θεᾶσθαι.

P. 426. E. Πάντα ταῦτα τὸ πολὺ ἀπεικάζει διὰ τοῦ ρ. ἐῶ γὰρ, οἶμαι, τὴν γλῶτταν ἐν τούτῳ ἥκιστα μένουσαν, μάλιστα δὲ σειομένην. διὸ φαίνεται μοι κ. τ. λ.) Ineptum illud neque ullo modo tolerandum ἐῶ γὰρ, οἶμαι, sensum praebebit aptissimum, si mutetur in ἔγνω γὰρ, οἶμαι, τ. γ. —

P. 438. D. Οὐ γάρ που ἐπὶ ὀνόματά γε ἕτερα ἄλλα τούτων.) Lege ἕτερα ἄττα. Mox ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὦ Κρατύλε, δυνατὸν μαθεῖν ἄνευ ὀνομάτων τὰ ὄντα, jubente sententia, δυνατὸν in ἀδυνατὸν mutandum est. Et paulo post τὸ γάρ που ἕτερον ἐκείνων καὶ ἄλλο ὄν, ἕτερον ἄν τι καὶ ἀλλοῖον σημαίνῃ, pro ἄλλο ὂν scribendum ἀλλοῖον.

P. 439. B. Ἔτι τοίνυν τόδε σκεψώμεθα, ὅπως μὴ ἡμᾶς τὰ πολλὰ ταῦτα ὀνόματα ἐς ταυτὸν τείνοντα ἐξαπατᾷ, καὶ τῷ ὄντι μὲν οἱ θέμενοι αὐτὰ, διανοηθέντες τε ἔθεντο, ὡς ἰόντων ἁπάντων ἀεὶ καὶ ῥεόντων.] Consulenti de hoc loco aliquando D. Wyttenbachium, doctorem meum suavissimum, ita mihi respondebat Vir summus: „ Hunc locum ita soleo legere: — „ ἐξαπατᾷ, εἰ τῷ ὄντι ἡμῖν οἱ θέμενοι αὐτὰ διανοη„ θέντες ἔθεντο, ὡς ἰόντων α. α. κ. ρ. Est vero dictio „ διανοέομαι ὡς ὄντος τινός pro διανοέομαι εἶναί τι Pla„ toni frequens. Exempla posuimus satis multa in Bi-

„ blioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 29." Eadem de re intricatiſſimus item locus eſt infra p. 440. C. — *μὴ οὐ ῥάδιον ᾖ ἐπισκέψασθαι· οὐδὲ πάνυ νοῦν ἔχοντος ἀνθρώπου, ἐπιτρέψαντα ὀνόμασιν αὐτὸν καὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν θεραπεύειν, πεπιστευκότα ἐκείνοις, καὶ τοῖς θεμένοις αὐτὰ διϊσχυρίζεσθαι ὥς τι εἰδότα· καὶ αὐτοῦ γε καὶ τῶν ὄντων καταγιγνώσκειν, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδενός, ἀλλὰ πάντα ὥσπερ κεράμια ῥεῖ* &c. Lege: *καὶ τοὺς θεμένους αὐτὰ διϊσχυρίζεσθαι ὥς τι εἰδότας, καὶ* — Dicitur prudentis non eſſe, de nominum quidem auctoribus praeclare exiſtimare, quaſi firma rerum cognitione inſignibus, de ſe ipſo vero & rebus tam humiliter judicare, ut nil conſtans ac firmum, fluere omnia ac mutari dicat.

Gorg. p. 451. D. *Λέγε δὴ τῶν περὶ τί ἐστὶ τοῦτο τῶν ὄντων, περὶ οὗ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσὶν οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται.* ΓΟΡ. *Τὰ μέγιστα τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ὦ Σώκρατες, καὶ ἄριστα.*) Nullum habet uſum *τῶν* ante *περὶ τί ἐστι τ. τ.* ac delendum videtur. Forte natum eſt ex antecedentibus, uti non ſemel eſt obvium. Deinde, ut bene ſe habeat atque intelligi poſſit Gorgiae reſponſio, ante *τὰ μέγιστα* ponendum eſt *περὶ*. Utramque correctionem confirmat p. 452. A. *Οὐ γάρ ἐστιν ἡ τούτου τέχνη περὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἡ ἐμή.*

P. 453. C. *Τοῦ οὖν ἕνεκα δὴ αὐτὸς ὑποπτεύων, σὲ ἐρήσομαι, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς λέγω, οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ λόγου.*) Impeditam ſententiam levi negotio plane expediveris, poſito poſt *λέγω* interrogandi ſigno. Dictio haec, cum apud alios auctores, tum inprimis apud

apud Platonem frequens. Infra p. 457. E. Τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς κ. τ. λ. Protag. p. 343. B. Τοῦ δὴ ἕνεκα ταῦτα λέγω; ὅτι οὗτος ὁ τρόπος ἦν τῶν παλαιῶν τῆς φιλοσοφίας. Meno p. 97. E. Πρὸς τί οὖν δὴ λέγω ταῦτα; πρὸς τὰς δόξας τὰς ἀληθεῖς κ. λ. Legg. IV. p. 722. D. Τί δὲ ταῦτ' εἴρηκα; τόδ' εἰπεῖν βουληθεὶς ὅτι κ. λ. Plura dabit D. Heinsius in notis ad Max. Tyr. p. 65. Hanc formam restituere voluit Stephanus Cratylo p. 423. D. — λέγω δέ τι τοῦτο. ἔστι τις πράγμασι φωνὴ καὶ σχῆμα ἑκάστῳ —; Sed positive dicitur λέγω δέ τι τοῦτο, atque eodem sensu, quo infra ibid. p. 430. E. Τοῦτο δὴ λέγω· ἆρ' οὐκ ἂν εἴη αὐτῷ εἰπεῖν —; & p. 434. A. Ὧδε δὲ λέγω· ἆρα ποτ' ἄν τις —; Rectius eam restituamus Menoni p. 79. B. Οὐκοῦν συμβαίνει, ἐξ ὧν σὺ ὁμολογεῖς, τὸ μετὰ μορίου ἀρετῆς πράττειν ὅ, τι ἄν πράττοις, τοῦτο ἀρετὴν εἶναι. τὴν γὰρ δικαιοσύνην μόριον φῂς ἀρετῆς εἶναι, καὶ ἕκαστα τούτων. MEN. Τί οὖν δὴ τοῦτο λέγω; ΣΩ. Ὅτι ἐμοῦ δεηθέντος ὅλην εἰπεῖν τὴν ἀρετὴν, αὐτὴν μὲν δεῖ σ' εἰπεῖν ὅ, τι ἐστί. ubi τί οὖν δὴ τοῦτο λέγω; uti ineptissime a Menone dicitur, ita unice Socratis esse proprium videtur: & Politico p. 264. C. Τοῦδ' ἕνεκά τι πάντα ἠρώτησα ταῦτα, διότι τῆς τῶν ἀγελαίων τροφῆς ἔστι μὲν ἔνυδρον, ἔστι δὲ καὶ ξηροβατικόν. Lege τοῦ δ' ἕνεκα πάντα ἠρώτησα ταῦτα; διότι τ. τ. αγ. — τι ex vicino π ortum.

P. 464. D. Καὶ τοῦ μὲν βελτίστου οὐδὲν φροντίζει, τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν.) Emendandum videtur θηρεύεται τὴν εὔνοιαν. Lucian. De Conscrib. Hist.

Hiſt. T. II. p. 16. Τὴν εὔνοιαν τὴν παρὰ τῶν ἐπαινουμένων θηρώμενοι. Et ibid. lepidiſſimè p. 54. Οἴονται γὰρ οὐ μικρῷ τινι τῷ δελέατι τούτῳ ἀνασπάσειν ἕκαστος τὴν παρ' ἡμῶν εὔνοιαν. Atque ita fere *venari* dicitur de rebus bonis ac jucundis. Hierocles in Aurea Carm. p. 102. Ed. Lond. Lucian. Toxar. T. II. p. 508. Dio Chryſoſt. p. 470. D. Julian. p. 266. C. Muſon. apud Stob. p. 82. & 200. Ed. Baſil. Euripid. in Epiſt. ad Archiloch. T. II. p. 499. Ed. Beck.

P. 472. A. Καὶ νῦν περὶ ὧν σὺ λέγεις ὀλίγου σοι πάντες συμφήσουσι ταῦτα Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξένοι.) Lege ταυτὰ. Ita & alibi & Rep. IV. p. 432. A. Παρεχομένη ξυνάδοντας τοὺς ἀσθενεστάτους ταυτὸν καὶ τοὺς ἰσχυροτάτους καὶ τοὺς μέσους.

Ibid. E. Κατὰ δέ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ὦ Πῶλε, ὁ ἀδικῶν τε καὶ ἄδικος ἁπάντων μὲν ἄθλιος· ἀθλιώτερος μὲν τοίνυν ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ἀδικῶν.) Falſa eſt ſine dubio lectio ἁπάντων, quod animadvertens Stephanus ſubſtituendum judicavit πάντως. Non male. Forte tamen praeſtet ἅπας πάντως: *Me judice & injuriam faciens & omnis omnino injuſtus miſer eſt: miſerior autem qui non luit poenas, quam qui luit.* Huic ſententiae conferri meretur egregius locus Rep. IX. p. 591. A. Πῇ δὲ (φήσομεν) ἀδικοῦντα λανθάνειν καὶ μὴ διδόναι δίκην λυσιτελεῖν; ἢ οὐχὶ ὁ μὲν λανθάνων, ἔτι πονηρότερος γίγνεται; τοῦ δὲ μὴ λανθάνοντος καὶ κολαζομένου τὸ μὲν θηριῶδες κομίζεται καὶ ἡμεροῦται, τὸ δὲ ἥμερον ἐλευθεροῦται; cui priſtinae nonnihil venuſtatis detraxerunt librarii. Scripſit

sit enim elegantissimus auctor τὸ μὲν θηριῶδες κοιμίζεται καὶ ἡμεροῦται. Quo item remedio juvandus est locus Legg. IX. p. 872. E. Τοῦ γὰρ κοινοῦ μιανθέντος αἵματος οὐκ εἶναι κάθαρσιν ἄλλην, οὐδὲ ἔκπλυτον ἐθέλειν γίγνεσθαι τὸ μιανθὲν πρὶν φόνον φόνῳ, ὁμοίῳ ὅμοιον, ἢ δράσασα ψυχὴ τίσῃ, καὶ πάσης τῆς συγγενείας τὸν θυμὸν ἀφιλασαμένη κοιμήσῃ. Lego κοιμίσῃ. Quam emendationem auctoritate Cod. Leid. confirmatam reperi. Nec dubitandum, quin eadem elegantia restituenda sit Charondae, vel quisquis tandem auctor sit eximii illius legum prooemii, quod nobis servavit Stobaeus p. 288. Χρὴ δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας δικαίως πρεσβάναι τῶν ἀρχομένων, καθάπερ τέκνων ἰδίων, ἔχθραν καὶ φιλίαν καὶ θυμὸν ἐν τῷ κρίνειν κοσμίσαντας. Scribe κοιμίσαντας. Obiter moneo, locum hujus prooemii, qui paullo ante occurrit, ὡς ἐν αἷς πόλεσι πρεσβυτέρων ἀναισχυντίαι, φύονται παῖδες αὐτῶν καὶ παίδων παῖδες ἀναίσχυντοι· expressum esse e Platone de Legg. V. 729. C. Ὡς ὅπου ἀναισχυντοῦσι γέροντες, ἀνάγκη καὶ νέους ἐνταῦθα εἶναι ἀναιδεστάτους. Sed, ut in viam redeamus, illâ inprimis elegantiâ delectatus est Themist. Orat. XXXII. p. 359. D. Οὔκουν ἐκκόπτειν αὐτὰ πειρᾶσθαι χρεών· ἀμήχανον γὰρ· ἀλλ' εἴπερ ἄρα εἴη, ἐκκόπτειν τε καὶ πραῦνειν, κοιμίζειν τε ἐφ' ὅσον δύνατον, καὶ νουθετεῖν. Orat. IX. p. 123. D. Καὶ ὅποτε ἐγείρειν χρὴ τὸν θυμὸν καὶ ὁπότε κατακοιμίζειν. Orat. XVII. p. 214. D. Ὅταν θυμὸς μὲν ᾖ κεκοιμισμένος. Sic item Lucian. Jup. Trag. T. II. p 643. Κοίμισον ὀργάν. Et Juncus apud Stob. p. 585. l. 16. Καὶ γὰρ τὸ πεπαῦσθαι τῆς κατὰ

τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς τε καὶ ὀρέξεως, ὦ Ζεῦ, μέγα ὄφελος φαίεν ἂν, καὶ μανίας καὶ λύπης ἀπόῤῥευσιν· ὅποτε τῆς μὲν ψυχῆς τὸ ἀλόγιστον δὴ καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν εὖδαι διαφυγὸν πονηροὺς δεσπότας· ubi ob oculos habuisse videtur nobile illud Sophoclis dictum, qui interrogatus: πῶς, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; respondebat: εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντα τινὰ καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Quod laudat Plato Rep. I. p. 329. B. Et respicit Plutarch. in libello *An Seni Sit Ger. R.* p. 788. D. Cf. Muret. T. III. p. 535. Ed. Ruhnk. Venuste item κοιμίζειν de doloribus dicitur apud Xenoph. in Sympos. II. 24. Ἀλλὰ πίνειν μέν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ πάνυ δοκεῖ· τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδράγορας ἀνθρώπους, κοιμίζει· τὰς δὲ φιλοφροσύνας ὥσπερ ἔλαιον φλόγα ἐγείρει. Quem locum ita restituturus est Vir summus ad Plutarchi Moral. p. 16. E. ut pro ἀνθρώπους legatur ἄνθρακας.

P. 474. A. Ἀλλ' εἰ μὴ ἔχεις τούτων βελτίω ἔλεγχον (ὅπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον) ἐμοὶ ἐν τῷ μέρει παράδος, καὶ πείρασαι τοῦ ἐλέγχου οἷον ἐγὼ οἶμαι δεῖν εἶναι.) Suspectum est profecto illud ὅπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον Nam in antecedentibus non dixit Socrates, se redarguendi vices suscipere velle. Deinde πείρασαι τοῦ ἐλέγχου &c. alienum videtur a loci sententia. Corrigo — ἔλεγχον, ὥνπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, ἐμοὶ ἐν τῷ μέρει παράδος καὶ πειρᾶσαι τοῦ ἐλ. Sed haec ut bene

in-

intelligantur, res altius est repetenda. Gorgias, quo Socratis rationes refelleret, nihil omnino reperiens, variis modis temere eas impugnare conatus erat. Nam Socratem vel testibus citatis, vel grandibus verbis ac sententiarum quasi μορμολυκείοις, vel denique risu redarguere voluerat. Quos redarguendi modos festive traduxerat Socrates, veluti p. 471. E. Ὦ μακάριε, ῥητορικῶς γάρ με ἐπιχειρεῖς ἐλέγχειν κ. τ. λ. p. 473. D. Μορμολύττῃ αὖ, ὦ γενναῖε Πῶλε, καὶ οὐκ ἐλέγχεις. Et ibid. E. Τί τοῦτο, ὦ Πῶλε, γελᾷς; ἄλλο αὖ τοῦτο εἶδος ἐλέγχου ἐστὶν, ἐπειδάν τις τὶ εἴπῃ, καταγελᾶν, ἐλέγχειν δὲ μή. Haec ante. Nunc autem Socrates, *nisi*, inquit, *horum redarguendi modorum meliorem habes, meâ mihi vice concedas talem experiri modum, quali ego opus esse judico.* P. 475. D. Ἀλλὰ γενναίως τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἰατρῷ, παρέχων.) Stephanus post παρέχων inferendum judicat σεαυτόν. Non sine veri specie, nec tamen vere. Nonnunquam enim omittitur. Supra p. 456. B. οὐχὶ ἐθέλοντα ἢ Φάρμακον πιεῖν, ἢ τεμεῖν ἢ καῦσαι παράσχειν τῷ ἰατρῷ. Infra p. 480. C. Ἀναγκάζειν δὲ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους μὴ ἀποδειλιᾷν, ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα καὶ ἀνδρείως, ὥσπερ τέμνειν καὶ κάειν τῷ ἰατρῷ. Theaet. p. 191. A. Ἐὰν δὲ πάντη ἀπορήσωμεν, ταπεινωθέντες; οἶμαι, τῷ λόγῳ παρέξομεν, ὡς ναυτιῶντες, πατεῖν τε καὶ χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούληται. De quo loco V. Cl. Wyttenb. Bibl. Crit. Vol. II. P. 2. p. 46. Charmid. p. 176. B. Ἔμοιγ' ἔσαι τοῦτο τεκμήριον ὅτι σωφρονεῖς, ἵν' ἐπᾴδειν παρέχῃς Σωκράτει.

P. 483. A. Socratem reprehendens Callicles, quod ex industria commisceat ea, quae naturâ, cum iis, quae lege sunt pulcra, ἐὰν μέν τις κατὰ νόμον λέγῃ, τὰ κατὰ φύσιν ὑπερωτῶν, ἐὰν δὲ τὰ τῆς φύσεως, τὰ τοῦ νόμου· sic deinceps pergit: ὥσπερ αὐτίκα ἐν τούτοις, τῷ ἀδικεῖν τε καὶ τῷ ἀδικεῖσθαι, Πώλου τὸ κατὰ νόμον αἴσχιον λέγοντος, σὺ τὸν νόμον ἔδιώκαθες. Quae verba ut ad loci nexum & rationem adaptentur, hac opus est emendatione: — Πώλου τὸ κατὰ φύσιν, οὗ κατὰ νόμον, αἴσχιον λέγοντος κ. τ. λ. De hoc placito V. Rep. II. p. 358. E. & 359. A. Legg. X. p. 889 & 890. Protag. p. 337. e quibus locis efficitur, hanc ejus esse vim & sententiam: leges naturâ esse nullas, omnes vero arte a quibusdam esse hominibus confectas ad caeteros homines coërcendos ac subigendos. In antecedentibus καίτοι ἔγωγε οἶμαι, ὦ βέλτιστε, καὶ τὴν λύραν μοι κρεῖττον εἶναι ἁναρμοστόν τε καὶ διαφωνεῖν· emendandum ἁναρμοστεῖν τε κ. δ.

P. 483. E. Πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐρρωμενεστάτους ἡμῶν αὐτῶν, ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥσπερ λέοντας, καὶ κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες καταδουλούμεθα·) Non negligendum videtur Ficini illud *tanquam leones vincientes*, e quo probabiliter conjicias, eum legisse ὥσπερ λέοντας δεδντες. Et vero post λέοντας requiritur verbum, quo vim accipiat καὶ ante κατεπᾴδοντες. Caeterum ΔΕΟΝΤΕΣ facile absorberi a ΛΕΟΝΤΑΣ potuit. Eleganter hoc sensu πλάττειν usurpatur Legg. IV. p. 712. A. Πειρώμεθα προσαρμόττοντες τῇ πόλει σῇ, καθάπερ παῖδα πρεσβύ-

ται.

ται, πλάττειν τῷ λόγῳ τοὺς νόμους. Ib. V. 746. A. VII. 789. E. Τὴν μὲν κύουσαν περιπατεῖν, τὸ γενόμενον δὲ πλάττειν τε, οἷον κήρινον, ἕως ὑγρόν· Ubi legendum ὑγρὸν ᾖ e Wyttenbachii conjecturâ, quam Vir summus propositurus est ad Plutarch. Mor. p. 96. A. Alcib. I. p. 121. D. Rep. VI. 500. D. Et pulcerrimo loco Legg. II. p. 671. B. Οὐκοῦν ἔφαμεν, ὅταν γίγνηται ταῦτα, καθάπερ τινὰ σίδηρον, τὰς ψυχὰς τῶν πινόντων διαπύρους γιγνομένας, μαλθακωτέρας γίγνεσθαι καὶ νεωτέρας, ὥστε εὐαγώγους ξυμβαίνειν τῷ καὶ ἐπισχαμένῳ παιδεύειν τε καὶ πλάττειν, καθάπερ ὅτ' ἦσαν νέαι. τοῦτον δὲ εἶναι τὸν πλάσημι, τὸν αὐτὸν ὕπερ τότε, τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην. Restituendum videtur hoc verbum Themistio Orat. XXI. p. 244. B. Ὅτι οὐ μόνον ἀπόχρη, τὸ γενέσθαι ἐκ πατρὸς φιλοσόφου, ἀλλὰ δεῖ καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι ὑπὸ τοιούτοις διδασκάλοις τε καὶ τροφεῦσι καὶ τὴν ψυχὴν ἀναπλησθῆναι ἔτι νεάν τε καὶ ἁπλῆν. Ubi legendum ἀναπλασθῆναι. Imitatur enim Platonem Rep. II. 377. A. Οὐκοῦν οἶσθα ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον, ἄλλως τε καὶ νέῳ καὶ ἁπαλῷ ὁτῳοῦν; μάλιστα γὰρ δὴ τότε πλάττεται καὶ ἐνδύεται τόπος (l. τύπος) ὃν ἄν τις βούληται ἐνσημήνασθαι ἑκάστῳ. Quo loco confirmatur elegans Petavii conjectura pro ἁπλῆν legentis ἁπαλὴν. Cf. Plutarch. de Liberor. Educ. c. 5.

P. 485. A. — Φιλοσοφίας μὲν, ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν.) Ita philosophiam informat Callicles, ut gratiosa sit res atque elegans, utilis vero ac necessaria

non item: ut sit *puerilis* quasi ludus, quem ludere ut pueris *decorum*, *ita* viris turpe sit atque inhonestum. Egregie igitur sibi ipse repugnet, si ὅσου παιδείας χάριν tractandam esse philosophiam dicat. Sed noli dubitare, quin pro παιδείας dixerit παιδιᾶς. De harum vocum permutatione V. Ruhnk. ad Tim. p. 2.

P. 485. D. Ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι· καταδεδυκότι δὲ, τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα· ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι.) Malim μηδὲν μηδέποτε φθέγξασθαι. Non semel hunc locum, quod Petavium latuisse miror, imitando expressit Themistius Orat. II. p. 30. B. Ἡ μᾶλλόν γε ὅστις ὑπὲρ ἀρετῆς θαμὰ διεξίοι καὶ θαρσαλεότητος καὶ ἀνδρείας, ἐπὶ σκιμποδίου καθήμενος, πρὸς μειράκια τρία ἢ καὶ τέτταρα, οὐχ οἷός τε ἂν τοῦ ῥωματίου παρακύψαι ὑπ' ἀσθενείας. Orat. XXII. p. 265. B. Οὐ σφίσιν ἀποχρῆν ὑπειληφάσιν ἐν γωνίᾳ μόνῃ πρὸς τὰ μειράκια ψιθυρίζειν, φεύγειν δὲ τὰ μέσα τῆς πόλεως κατὰ τὸν Καλλικλέους ὀνειδισμὸν, καὶ τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς φησιν ὁ ποιητὴς ἀριπρεπέας τελέθειν τοὺς ἄνδρας. Orat. XXVIII. p. 341. D. Οὐ γὰρ οἶδα, ὅθεν φρίττουσί τε καὶ εὐλαβοῦνται ἀγορὰς, ἐν αἷς φησὶν ὁ ποιητὴς ἀριπρεπέας τελέθειν τοὺς ἄνδρας καὶ οὐκ ἀνέχονται παρακύπτειν ἔξω τοῦ σκίμποδος καὶ τῆς γωνίας. Respicit autem Plato Homericum illud Il. ί. vs. 441.

Νή-

Νήπιοι, οὔπω εἰδότ' ὀμοιΐου πολέμοιο,
Οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι·

quod in ſuum uſum contulit Plutarch. Praec. Ger. Reip. p. 801. D.

P. 489. C. — ἢ οἴει με λέγειν, ἐὰν συρφετὸς συλλεγῇ δούλων, καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων, πλὴν ἴσως τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι, καὶ οὗτοι φῶσιν, αὐτὰ ταῦτα εἶναι νόμιμα;) Germana eſt ſine dubio lectio: — ἰσχυρίσασθαι, ταύτους εἶναι τοὺς κρείττους καὶ ἃ ἂν οὗτοι φῶσιν, ἀ. τ. ε. ν. Quam in Cod. ſuo Ficinus reperiiſſe ac vertendo ſecutus videtur. Vertit enim: *An putas me dicere, ſi faex ſervorum hominumque undique viliſſimorum in unum conflluat, hos, praeterquam fortaſſe corporis viribus, eſſe potentiores: & quae hi ſtatuant, eſſe jura?* Eodem Ficino duce infra p. 506. A. corrigendum eſt: οὐδὲ γάρ τοι ἔγωγε εἰδὼς λέγω ἃ λέγω, ἀλλὰ ζητῶν κοινῇ μεθ' ὑμῶν· ὥστε ἄν τι φαίνηται λέγων ὁ ἀμφισβητῶν ἐμοί — Vulgata habet ζητῶ & φαίνηται ὁ λέγων ἀμφισβ.

P. 506. C. Ἐπειδὴ δὲ σὺ, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἐθέλεις συνδιαπεραῖναι τὸν λόγον, ἀλλ' οὖν ἐμοῦγε ἀκούων ἐπιλαμβάνου ἐάν τι σοὶ δοκῶ μὴ καλῶς λέγειν· καὶ με ἐὰν ἐξελέγχῃς, οὐκ ἀχθήσομαί σοι, ὥσπερ σὺ ἐμοί· ἀλλὰ μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψῃ. ΚΑΛ. Λέγε, ὦ 'γαθὲ, αὐτὸ, καὶ πέραινε.) Scribendum: Λέγε, ὦ 'γαθὲ, αὐτὸς, κ. π. Quod confirmat qui a Ficino expreſſus eſt Codex. Caeterum hac opportunitate monendum, ita nonnunquam apud Platonem

αὐ-

αὐτὸς occurrere, ut ſimpliciter σὺ notet: quod ſaepiſſime Interpretes latuit. Lyſide 204. A. Βούλει οὖν ἔπεσθαι —; Ἀυτοῦ πρῶτον ἡδέως ἀκούσαιμ' ἄν, ἐπὶ τῷ καὶ εἴσειμι. *Primum a te libenter cognoſcam.* Inepte enim Ficinus: *id in primis libenter audirem.* Sed nec alibi vim ſignificationis cepit. Charm. 158. C. Εἰ δέ τι τούτων ἐπιδεὴς εἶναι δοκεῖς, ἐπᾳσέον πρὸ τῆς τοῦ Φαρμάκου δόσεως. αὐτὸς οὖν μοι εἰπὲ, πότερον ὁμολογεῖς τῷδε καὶ Φῇς ἱκανῶς ἤδη σωφροσύνης μετέχειν ἢ ἐπιδεὴς εἶναι. Ibid. E. Ὥσε τούτου γε ἕνεκα ὅπη αὐτὸς οἴει βελτίω σκέψασθαι, ταύτῃ σκόπει. Lach. 181. C. Χρῆν μὲν οὖν καὶ πρότερόν γε φοιτᾶν αὐτὸν παρ' ἡμᾶς. Ibid. 187. C. Εἰ δὲ βουλομένοις ὑμῖν ἐστὶ περὶ τῶν τοιούτων ἐρωτᾶσθαί τε καὶ διδόναι λόγον, αὐτοὺς δὴ χρὴ γινώσκειν, ὦ Νικία τε καὶ Λάχης. Hipp. Maj. 292. B. Καὶ ἐμοὶ τοίνυν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἐπειδή περ αὐτὸς ταῦτα οἴει. Sic item Thucydid. II. 72. ubi ad Plataeenſes Archidamus: παρασκευή τε τοσήδε καὶ πόλεμος γεγένηται αὐτῶν ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἐλευθερώσεως. — Quod ad exquiſitam loci formam ἀλλὰ μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψῃ, ſimillimam habet Thucyd. I. c. 129. in Xerxis illa ad Pauſaniam epiſtola: καὶ τῶν ἀνδρῶν οὕς μοι πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου διέσωσας, κείσεταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος.

P. 521. C. Κολακεύσονται ἄρα με, ὦ γενναιότατε, παρακαλεῖς. ΚΑΛ. Εἴ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν, ὦ Σώκρατες, ὡς εἰ μὴ ταῦτά γε ποιήσεις; ΣΩ. Μὴ εἴπῃς, ὃ πολλάκις εἴρηκας, ὅτι ἀποκτενεῖ με ὁ βουλόμενος —)

Digitized by Google

νος —) Non mirum est, judicasse Stephanum, vel corruptelâ hunc locum laborare, vel post ποιήσεις nonnulla excidisse. Calliclis enim dictum abruptum est, nec suos habet numeros. Attamen procul abest, ut vel immutatione vel supplemento opus sit. Sanus est locus, idemque perspicuus, si justâ utamur cum distinctione tum interpretatione. Distingue: — παρακαλεῖς; ΚΑΛ. Εἰ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν, ὦ Σώκρατες; ὡς εἰ μὴ ταῦτά γε ποιήσεις..... ΣΩ. Μὴ εἴπῃς — Dicturus erat Callicles: ὡς εἰ μὴ ταῦτά γε ποιήσεις, ἀποκτενεῖ σε ὁ βουλόμενος, sed medio in sermone eum praevertens Socrates μὴ εἴπῃς, inquit, — ὅτι ἀποκτενεῖ με ὁ βουλόμενος. Verte: *Ad adulandum me, generosissime, provocas? Call. Mavisne, o Socrates, Mysus vocari? nam nisi hoc feceris..... Socr. Ne dicas, quod jam saepe dixisti, (nisi hoc fecerim) occisurum me esse quicunque velit* — Nec tamen magnopere repugnem, si quis legere malit: εἰ μή σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν, ὦ Σωκρατες. Ut ad Socratis quaestionem concinnè Callicles aptissimèque respondeat: *Provoco te equidem, nisi Mysus vocari malis: nam nisi &c.* Caeterum similiter ab altero colloquentium alterius abrumpitur & occupatur sermo apud Lucian. Necyom. T. I. p. 458.

P. 524. B. Ἐπειδὰν δὲ διαλυθῇτον ἄρα ἀπ' ἀλλήλοιν (τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ) οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον αὐτοῖν ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὑτοῦ, ἥνπερ καὶ ὅτε ἔζη ὁ ἄνθρωπος, τό, τε σῶμα τὴν φύσιν τὴν αὑτοῦ, καὶ τὰ θεραπεύματα καὶ τὰ παθήματα, ἔνδηλα πάντα.) Etsi τε nonnumquam apud Platonem nullam omnino apodosin

habet, tamen hoc loco τό, τε σῶμα nisi dure & contorte, per anacoluthiam declarari non potest. Equidem scribendum esse judico: — τό, τε σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ τὴν φύσιν τὴν αὐτοῦ, καὶ — ad quam scripturam proprius aliquantum accedit Eusebius, qui post τό, τε σῶμα insertum habet καὶ. Ita ψυχὴν aliquando in φύσιν immutasse videntur librarii Sympos. p. 209. B. Τούτων δ' αὖ ὅταν τις ἐκ νέου ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχὴν, θεῖος ὢν, καὶ ἠκούσης τῆς ἡλικίας τίκτειν τε καὶ γεννᾶν ἤδη ἐπιθυμεῖ. Nam pro τὴν ψυχὴν expressit Ficinus τὴν φύσιν, vertens: *quisquis ergo virtutum hujusmodi naturâ plenus & gravidus est.* Nisi tamen alterum ab altero interceptum existimemus, ut germana sit lectio: — ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχὴν, τὴν φύσιν θεῖος ὢν, καὶ —

P. 525. A. Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι, ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ, ἢ βελτίονι γίγνεσθαι καὶ ὠνίνασθαι, ἢ παράδειγμά τι τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι.) In alterâ Basil. exstat παραδείγματα, Eusebius παράδειγμα habet, omisso τι. Sed unice legendum παραδείγματι. Caeterum constans haec fuit Platonis sententia: Legg. IX. 854. D. Οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ δίκη γίγνεται οὐδεμία, γιγνομένη κατὰ νόμον· δυοῖν δὲ θάτερον ἀπεργάζεται σχεδόν· ἢ γὰρ βελτίονα ἢ μοχθηρότερον ἧττον ἐξειργάσατο τὸν τὴν δίκην παρασχόντα — τοὺς δ' ἄλλους παράδειγμα ὀνήσει, γενόμενος ἀκλεής. — Ibid. 862. D. E. XI. 934. A. Οὐχ ἕνεκα τοῦ κακουργῆσαι διδοὺς τὴν δίκην· (οὐ γὰρ τὸ γεγονὸς ἀγένητον ἔσαι ποτέ) τοῦ δ' εἰς τὸν αὖθις ἕνεκα χρόνον ἢ τοπαράπαν μισῆσαι τὴν ἀδικίαν αὐτόν τε καὶ τοὺς ἰδόντας αὐτὸν δικαιούμενον, ἢ λωφῆσαι μέρη πολλὰ τῆς τοιαύτης ξυμφορᾶς.

Cri-

Critia 106. B. Δικὴ δὲ ὀρθὴ, τὸν πλημμελοῦντα ἐμμελῆ ποιεῖν.

P. 527. C. Καὶ ἔασον τινὰ σοῦ καταφρονῆσαι, ὡς ἀνοήτου, καὶ προπηλακίσαι ἐὰν βούληται· καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θαῤῥῶν πάταξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν.) Impedita haec sint & obscura, nisi animadvertatur exquisita vis Verbi Medii πάταξαι: *sine te verberari, patere ut verbereris.* Spectavit hoc Aristid. Orat. Plat. II. p. 225. Τί δὲ χείρων ἐγὼ, ἂν ὁ δεῖνα ἐπὶ κόῤῥης ἀδίκως πατάξῃ με; Ignominiosam intelligit plagam τὸ ἐπὶ κόῤῥης πατάττεσθαι, cujus ea erat vis, ut ex Luciani sententia Necyom. T. I. 481. nisi ἀνδραποδῶν τὰ ἀτιμότατα eâ afficerentur. V. Harpocrat. in V. ἐπὶ κόῤῥης.

Phileb. p. 14. C. Ἆρ' οὖν λέγεις, ὅταν τις ἐμὲ φῇ Πρώταρχον ἕνα γεγονότα Φύσει, πολλοὺς εἶναι· πάλιν τοὺς ἐμὲ καὶ ἐναντίους ἀλλήλοις μέγαν καὶ σμικρὸν τιθεμένους, καὶ βαρὺν καὶ κοῦφον τὸν αὐτὸν, καὶ ἄλλα μυρία;) Perturbata haec & depravata ita constituenda videntur: — πολλοὺς εἶναι, καὶ πάλιν τούτους ἐμὲ καὶ ἐναντ. ἀλλ. μ. κ. σ. τιθεμενὸς — *si quis me, qui unus sum, multos, & multos hosce me vocat, eosque sibi invicem esse contrarios dicit, eumdem statuens magnum esse & parvum, gravem & levem &c.* Cf. Parmen. p. 129. C. De hac sophistica disputatione & caeteris, quae huic sunt similes, lepide pronunciat Soph. p. 251. C. Ἐντυγχάνεις γὰρ, ὦ Θεαίτητε, ὡς ἐγῷμαι, πολλάκις τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακόσιν, ἐνίοτε πρεσβυτέροις ἀνθρώποις, καὶ ὑπὸ πενίας τῆς περὶ φρόνησιν κτήσεως τὰ τοιαῦτα τεθαυμακόσι, καὶ δή τι καὶ πάνσοφον οἰομένοις τοῦτο αὐτὸ ἀνευρηκέναι.

P. 17. A. Τὰ δὲ μέσα αὐτοὺς ἐκφεύγει. οἷς διακεχώρισται τό, τε διαλεκτικῶς πάλιν καὶ τὸ ἐριστικῶς ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς λόγους.) Uti nihili est hoc loco πάλιν. ita unice sententiae accommodatissimum videtur ἔμπαλιν. Caeterum interpungendum: ἐκφεύγει, οἷς δ.

P. 32. A. Διάκρισις δὲ γ' αὖ καὶ διάλυσις, ἡ παρὰ φύσιν τοῦ πνίγους πάθη, λύπη· κατὰ φύσιν δὴ πάλιν ἀπόδοσίς τε καὶ ψύξις, ἡδονή.) Corrige: κατὰ φύσιν δ' ἡ πάλιν ἀπ. τ. κ. ψ. ἡ.

P. 34. C. Οὔ δὴ χάριν ἅπαντ' εἴρηται ταῦτα, ἔστι τόδε. ΠΡΩ. Τὸ ποῖον; ΣΩ. Ἵνα μὴ τὴν ψυχῆς ἡδονὴν χωρὶς σώματος ὅτι μάλιστα καὶ ἐναργέστατα λάβοιμεν.) Longissime haec sententia a Platonis mente & consilio abest. In praecedentibus enim p. 33. C. disceptandum proposuit de voluptatibus, quae memoriâ praeteriti temporis percipiuntur, atque adeo de iis voluptatibus, quae uni animo propriae nullum habent cum corpore commercium. Quid igitur? finita disceptatione disputasse se dicat, ne animi corporisque voluptates seorsim ponantur? Immo vero disputavit, ἵνα πῃ τὴν ψυχῆς ἡδονὴν χωρὶς καὶ σώματος ὅτ. κ. ε. λ. Ante σώματος inserimus καὶ, quia genitivus σώματος, non a χωρὶς, sed ab ἡδονὴν pendet. Sic Polit. p. 276. D. ᾗ τε τὸν θεῖον ἄν που διειλόμεθα νομέα χωρὶς καὶ τὸν ἀνθρώπινον ἐπιμελητήν.

P. 35. D. Βίου γὰρ εἴδός τι μοὶ φαίνεται βουλεύεσθαι δηλοῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐν τούτοις αὐτοῖς.) Bene Ficinus vel legit vel legendum esse vidit βούλεσθαι δηλοῦν, de quâ dictione, in hodiernis item linguis frequen-

Digitized by Google

quentata, V. Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 27. Nec minus bene Ficinus quae mox ſequuntur p. 36. A. Πότερον ἀλγοῦνθ' ὅλως, ἢ χαίροντα; ΠΡΩ. Μὰ Δί', ἀλλὰ διπλῇ τινι λύπῃ λυπούμενον — in Cod. ſuo ſcripta invenit. Vertit enim: *Pro.* *Non gaudentem, per Jovem: ſed* — ut dubitari non poſſit, quin legerit: — ἢ χαίροντα; ΠΡΩ. Μὴ χαίροντα, μὰ Δί', ἀλλὰ — Caeterum pro βουλεύομαι item βούλομαι ſubſtituendum infra p. 50. D. Τούτων γὰρ ἁπάντων αὔριον ἐθελήσω σοι λόγον δοῦναι· ταυτῦν δὲ ἐπὶ τὰ λοιπὰ βουλεύομαι σέλλεσθαι.

P. 38. B. Ἄγε ἔτη σοι φαίνεται. ΣΩ. Πῇ δὲ δὴ ἄγω; ΠΡΩ. Πῇ;) Lege: ΣΩ. Τῇ δὲ δὴ ἄγω, quod cum poſtulat loci ratio, tum Ficini confirmat verſio.

P. 44. D. Οἶμαι γὰρ τοιόνδέ τι λέγειν αὐτοὺς, ἀρχομένους ποθὲν ἄνωθεν· ὡς, εἰ βούλῃ, θείημεν ὁτουοῦν εἶδους τὴν φύσιν ἰδεῖν — πότερον εἰς τὰ σκληρότατα ἀποβλέποντας κ. τ. λ.) Lego: ὡς, εἰ βουληθείημεν ὅτ. ε. τ. Contraria ratione emendandum Legg. VI. p. 769. B. Ἔιποτε τὶς ἐπινοήσειε γράψαι τέως κάλλιστον ζῶον, καὶ τοῦτ' αὖ μηδέποτε ἐπὶ τὸ φαυλότερον — ἰσχεῖν, ubi pro τέως κάλλιστον, quod habet item Cd. Leidenſis, ſcribendum — τε ὡς κάλλιστον — Sic dividenda voce corrigendum Critia 121 D. Θεὸς δὲ ὁ θεῶν Ζεὺς, ἐννόμοις βασιλεύων ubi ſcribere ἐν νόμοις praeſtat quam ἐννόμως, quod tentavit Steph. Simillime Legg. IX. p. 869. Πῶς τούτῳ δίκης γε ἄλλως προσῆκον ἂν τυγχάνειν γίγνοιτο ἔννόμῳ; lege ἐν νόμῳ. Eadem ratione in eodem opere duos item locos expedias, alterum L. I. p. 643. C. Εὖγε, ὦ Λακεδαιμόνιε ξένε, λέγεις. τὴν ἀνδρείαν δὲ,

Φέρε, τιθῶμεν πότερον ἁπλῶς οὕτως εἶναι πρὸς φόβους καὶ λύπας διαμάχην μόνον; ἢ καὶ πρὸς πόθους —; Cod. Leid. habet: *φέρε τι, θῶμεν· πότερον* — Unde veram lectionem elicias hancce: *φέρε, τί θῶμεν; πότερον* — Alterum locum L. IX. p. 862. A. *Πολλάκις δὲ ἀφέλειαν οὐκ ὀρθὴν γενομένην, τὸν τῆς ὠφελείας αἴτιον ἀδικεῖν φήσομεν, ἐὰν ἥγε μὴ νικᾷ.* sic corrige: *ἐὰν ἥ γ' ἐμὴ νικᾷ.* Elegans est hujusmodi vocis δοξὴ ellipsis. Rep. III. 397. D. *Ἐὰν ἡ ἐμὴ, ἔφη, νικᾷ.* Politic. 277. A. *Νῦν δὲ κατά γε τὴν ἐμὴν οὔπω φαίνεται.* Ibid. 291. C. *Οὔκουν δὴ κατά γε τὴν ἐμήν.* Philib. 416. *Ἀλλ', ὦ Πρώταρχε, εἰσὶ, κατά γε τὴν ἐμήν.* Quam ellipsin haud scio an male restituas Legg. II. 653. C. *Καὶ παιδείαν προσαγορεύων, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν ὀρθῶς ἂν προσαγορεύοις.* Cd. enim Leid. non habet δόξαν.

P. 46. D. *Ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ἢ καὶ τὸ φλεγμαῖνον, τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ κινήσει μὴ ἐφικνεῖται τις, τὸ δ' ἐπιπολῆς μόνον διαχέῃ.*) Uti nemo non vidit hoc loco pro *κινήσει* reponendum esse *κνήσει*, ita p. 51. C. *Καὶ τινας ἡδονὰς οἰκείας ἔχειν, οὐδὲν ταῖς τῶν κινήσεων προσφερεῖς.* subsituendum etiam censeo *κνήσεων*. Sermo enim est de figurarum geometricarum pulcritudine, cujus perceptio eam dicitur animo voluptatem praebere, quae una sit animo propria & nullum habeat cum corporis voluptatibus, perfricationibus, titillationibus, similibus, commercium.

P. 49. A. *Τοῦτο τοίνυν ἔτι διαιρετέον, ὦ Πρώταρχε, δίχα· εἰ μέλλομεν τὸν παιδικὸν ἰδόντες φθόνον, ἄτοπον ἡδονῆς καὶ λύπης ὄψεσθαι μίξιν.* ΠΡΩ. *Πῶς οὖν τέμνωμεν δίχα λέγεις;* ΣΩ. *Ναί. πάντες ἀπόσοι κ. τ. λ.*)

Haud

Hand facile perſpicias, quid ſibi velit cum Protagorae illud πῶς οὖν τέμνωμεν δίχα λέγεις; tum Socrates reſponſum Ναί. Sed dilucidum apparebit, ſi ſuo utrumque auctori reſtituatur: — μίξιν· πῶς οὖν τέμνωμεν δίχα λέγεις; ΠΡΩ. Ναί. ΣΩ. Πάντες ὁπόσοι κ. λ.) *Hoc autem bipartiendum, o Protagora, ſi quidem velimus puerilem conſiderantes invidiam, videre voluptatis ac moleſtiae conmixtionem. Quomodo hoc igitur bipartiamus, inquis? Prot. Inquam.*

P. 49. C. Ἄγνοια γὰρ, ἡ μὲν τῶν ἰσχυρῶν, ἐχθρά τε καὶ αἰσχρὰ (βλαβερὰ γὰρ καὶ τοῖς πέλας, αὕτή τε καὶ ὅσαι εἰκόνες ταύτης εἰσίν) ἡ δὲ ἀσθενὴς ἡμῖν τὴν τῶν γελοίων εἴληχε φύσιν.) Diſplicet αἰσχρά. Pariter enim imbecillium ignorantia αἰσχρὰ dici poteſt. Subſtituenda videtur ἰσχυρά. Caeterum haud ſcio, an male ſcribas: βλαβερὰ γὰρ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς πέλας, αὐτή τε καὶ ὅσαι εἰκόνες γ' αὐτῆς εἰσίν. *Potentium hominum ignorantia infenſa & valida (noxia enim eſt & ipſa & quotquot ejus ſunt ſimulacra cum ſibimet ipſis, tum proximis omnibus) imbecillium autem ignorantia ridicula eſt ac nullius momenti.*

P. 52. A. Τί δέ; μαθημάτων πληρωθεισῶν, ἐὰν ὕστερον ἀποβολαὶ διὰ τῆς λήθης γίγνωνται, καθορᾷς τινὰς ἐν αὐταῖς ἀλγηδόνας;) Pro monſtroſo illo μαθημάτων πληρωθεισῶν commode quis e Ficini verſione reponat μαθημάτων πλήρωσίς τις — Hujusmodi anacoluthiae ſaepiſſime apud Platonem ſunt obviae. In iis quae ſequuntur, ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις μετὰ ταῦτα τόδε αὐτῶν διαθετέον· corrigendum διαθεάτεον, uti paulo poſt διασκοπῶμεν & θεασώμεθα.

P. 56.

P. 56. A. Οὐκοῦν μεσὴ μέν που μουσικὴ — καὶ ξύμπασα αὐτῆς αὐλητικὴ, τὸ μέτρον ἑκάσης τῷ ϛοχάζεσθαι φερομένης θηρεύουσα·) Quandoquidem chordae nihil habent cum re tibiaria commune, pro ξύμπασα αὐτῆς αὐλητικὴ legendum videtur ξύμπασα αὐτῆς αὖ λυρικὴ, nisi praeferas, quod ex Ficini verſione elici poſſit, ξύμπασα αὐτῆς αὖ πληκτικὴ.

P. 57. A. Quaerenti Protarcho, quo valeat praecedens disputatio, hoc modo reſpondet Socrates: Δοκεῖ τοίνυν ἔμοιγε οὗτος ὁ λόγος οὐχ ἧττον ἢ ὅτε λέγειν αὐτὸν ἠρχόμεθα, ταῖς ἡδοναῖς ζητῶν ἀντίϛροφον ἐνταῦθα προβεβληκέναι· σκοπῶν ἄρα ἔϛί τις ἑτέρας ἄλλη καθαρωτέρα ἐπιϛήμης ἐπιϛήμη, καθάπερ ἡδονῆς ἡδονή· quod reſponſum omni ſe parte recte habebit, ſi leviter correxeris: — προβεβληκέναι σκοπεῖν — vel ζητῶν mutaveris in ζητεῖν. Stephanus pro ζητῶν ſubſtituens ζήτησιν exquiſitum hunc verbi uſum non aſſecutus videtur. Menone p. 90. E. Ἄλλοις δέ τισι πράγματα παρέχειν, ζητοῦντα μανθάνειν παρὰ τούτων οἱ κ. λ. Hippias Maj. p. 291. C. Ζητεῖν γάρ μοι δοκεῖς τοιοῦτόν τι τὸ καλὸν ἀποκρίνασθαι, ὁ μηδέποτε αἰσχρὸν μηδαμοῦ μηδενὶ φανεῖσαι. Euthydem. p. 306. C. Καὶ τρίτοι ὄντες τῇ ἀληθείᾳ, ζητοῦσι πρῶτοι δοκεῖν εἶναι. Theage p. 127. B. Καί σε μὴ ζητεῖν ἄλλῳ μηδενὶ συγγενέσθαι ἢ Σωκράτει. Charmid. p. 172. C. Καὶ ζητοῦμεν αὐτὸ μεῖζόν τι εἶναι ἢ ὅσσον ἐϛίν. Rep. II. p. 375. E. Καὶ οὐ παρὰ Φύσιν ζητοῦμεν τοιοῦτον εἶναι τὸν Φύλακα. VI. p. 486. D. Ἀλλὰ μνημονικὴν αὐτὴν ζητῶμεν δεῖν εἶναι. IX. p. 571. C. Ζητῇ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὐτοῦ ἤθη. Contra Lucian. Paraſit. T. II. p. 860. Εὕροις εἰπεῖν. Et Soph. Oed.

Digitized by Google

Oed. Rege vs. 120.

— Ἐν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν,
Ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν ἐλπίδος.

Cujus loci ſenſus ex hoc uſu declarandus eſt. Utrumque habet Plutarch. in Praec. Reip. Ger. p. 798. F. Ζητῶν δὲ παύσασθαι, καὶ δεόμενος μεταβολῆς καὶ ἡσυχίας, εὗρε καταθέσθαι τὴν δύναμιν κ. τ. λ.

P. 57. D. — ὡς εἰσὶ δύο ἀριθμητικαὶ, καὶ ταύταις ἄλλαι δύο τοιαῦται ξυνεπόμεναι συχναί.) Perturbatum corruptumque locum, cum ex antecedentium ratione, tum ex Ficini verſione, ita conſtituendum emendandumque cenſemus: — ὡς εἰσὶ δύο ἀριθμητικαὶ καὶ δύο μετρητικαὶ, καὶ ταύταις ἄλλαι τοιαῦται ξ. σ. Computandi metiendique artes ſupra ſubinde conjunxit, uti paulo ante (τεχναὶ) περὶ τὰ μέτρα τε καὶ ἀριθμοὺς & p. 56. E. λογιστικὴ καὶ μετρητική.

P. 58. E. Ὡς αἱ πολλαὶ τέχναι καὶ ὅσαι περὶ ταῦτα πεπόνηνται, πρῶτον μὲν δόξαις χρῶνται, καὶ τὰ περὶ δόξας ζητοῦσι ξυντεταγμένως.) Malim ξυντεταμένως: *omni ſtudio & intentione perquirunt.* Ita Rep. VI. p. 499. A. Ζητεῖν μὲν τὸ ἀληθὲς ξυντεταμένως ἐκ παντὸς τρόπου. Ibid. p. 504. D. Epiſt. VII. p. 340. C. Idem vitium eximendum eſt Legg. XI. p. 935. D. Παίζοντι μὲν ἐξέστω τινὶ περὶ του λέγειν γελοῖον ἄνευ θυμοῦ· συντετάχμένῳ δὲ καὶ μετὰ θυμοῦ — μὴ ἐξέστω μηδενί. ut legatur συντεταμένῳ: quod cum res ipſa jubet, tum confirmat ſimillimus locus Euthydem. p. 288. D. — συντεταμένον καὶ σπουδάζοντα. Nec dubito, quin ſimiliter συντετάμένη reſtituendum ſit Themiſtio Orat. VI. p. 73. D. Ἀλλὰ γνώμη πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶσα καὶ πρὸς

τὸν ἐκείνου ζῆλον συντεταγμένη. Idem Orat. XI. p. 143. A. Ἀεὶ οὖν περὶ τὸ ἀρχέτυπον τεταμένη αὕτη ἡ τέχνη — & in magnifica illa ſententia Orat. XVIII. p. 219. A. Ἀλλ' εἰ ἡ ψυχὴ ἄνω ὁρῶσα, πρὸς τὸν τοῦ παντὸς βασιλέα συντεταμένη, καὶ ἀρχομένη ἐκεῖθεν, ὅσα οἷόν τε ἀρύεται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τῇ ἐπὶ τῆς γῆς βασιλείᾳ.

P. 60. A. Σωκράτης δὲ πρῶτον μὲν οὔ φησι τοῦτ' εἶναι, δύο δὲ καθάπερ τὰ ὀνόματα, καὶ τότε τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ διάφορον ἀλλήλων φύσιν ἔχειν.) Locum ſic & ſuppleo & immuto: Σωκράτης δὲ πρῶτον μὲν ἓν οὔ φησι τοῦτ' εἶναι, δύο δὲ, καθάπερ τὰ ὀνόματα, καὶ τὸ τε ἀγ. κ. ἡ. &c. *Unum hoc eſſe negat.*

Ibid. D. Εἰ δέ γε παρηνέχθημέν τι τότε, νῦν ὅσισοῦν ἐπαναλαβὼν ὀρθότερον εἰπάτω.) Ficinus: *quodſi quis forte tunc praetervectus eſt, nunc reſumens rectius aſſeveret:* ut in Cod. ſuo inveniſſe videatur: παρηνέχθη μέν τις τότε. Neque tamen hinc reponendum exiſtimemus παρηνέχθη μέν τι τότε. Bene ſe habet vulgata. Verte: *ſi quid tunc aberravimus.* Atque ita nonnunquam Plato, ubi pertractatum eſt, quod tractandum erat, argumentum: Tim. p. 54. A. Ἂν οὖν τις ἔχῃ κάλλιον ἐκλεξάμενος εἰπεῖν εἰς τὴν τούτων ξύστασιν, ἐκεῖνος οὐκ ἐχθρὸς ὢν, ἀλλὰ φίλος, κρατοῖ. Ibid. Τῷ τοῦτο ἐλέγξαντι καὶ ἀνευρόντι δὲ μὴ οὕτως ἔχειν, κεῖται φίλιαι τὰ ἄθλα. Legg. VII. 796. D. Εἰ δέ τινα ταύτης ὑμεῖς ἔχετε βελτίω, θέντες εἰς κοινὸν λέγετε. Epiſt. VIII. 353. E. Εἰ μὲν δή τις ὀρθότερον ἄμεινόν τε ἔχει τοῦ ὑπ' ἐμοῦ ῥηθησομένου, ἐνέγκων εἰς τὸ μέσον, ὀρθότατα Φιλέλλην ἂν λεχθείη.

P. 63. C. Inquirens Socrates, an aliqua ſit voluptatem inter & ſapientiam conjunctio, utramque tamquam

quam perſonam inducit & hac de re interrogat. Ac primum quidem Voluptates, cum alia reſpondent, tum haec: *πάντων γε μὴν ἡγούμεθα γενῶν ἄριστον ἓν ἀνθ' ἑνὸς συνοικεῖν ἡμῖν, τὸ τοῦ γιγνώσκειν τὰ ἄλλά τε πάντα καὶ αὖ τὴν αὐτὴν ἡμῶν, τελέως εἰς δύναμιν ἑκάστην.* Quorum poſtremam partem ita vertit Ficinus, ac ſi *εἰς* delendum, & *ἑκάστην* ad *δύναμιν* referendum exiſtimaverit. Sed longe aliud huic loco remedium quaerendum eſt: nam *τελέως εἰς δύναμιν* moveri non debet. Scribendum videtur:— *καὶ αὐτὴν αὐτὴν ἡμῶν τελέως εἰς δύναμιν ἑκάστην. Cognoſcere & alia omnia & ſe ipſam, quoad ejus fieri poteſt, unamquamque noſtrum.* Deinde Sapientiam alloqui parat: *πάλιν τοίνυν μετὰ τοῦτο τὴν Φρόνησιν καὶ τὸν νοῦν ἀνερωτητέον, ἆρ' ἡδονῶν τι προσδεῖσθε ἐν τῇ ξυγκράσει; Φαῖμεν ἂν· αὖ τὸν νοῦν τε καὶ τὴν Φρόνησιν ἀνερωτῶντες, ποίων, Φαῖμεν ἂν ἴσως, ἡδονῶν;* Quem intricatiſſimum locum Cornarius ut aliquanto redderet planiorem, ante *αὖ τὸν νοῦν* inſeruit *καὶ*. Sed ne ſic etiam commodus ex eo ſenſus elici poteſt. Tentavi equidem aliquando: — *ἀνερωτητέον· ἆρ' ἡδονῶν τι προσδεῖσθε ἐν τῇ ξυγκράσει; εἰ Φαῖμεν αὖ, τὸν νοῦν τε καὶ τὴν Φρόνησιν ἀνερωτῶντες, ποίων, Φαῖεν ἂν ἴσως, ἡδονῶν;* *Si Mentem & Sapientiam interrogantes diceremus: an voluptatibus vobis in commixtione veſtra opus eſt? dicerent forte: qualibus inquis voluptatibus?* Nunc vero malim: — *ἀνερωτητέον· ἆρ' ἡ. τ. π. ε. τ. ξυγκράσει; Φήσομεν αὖ, τὸν νοῦν τε καὶ τὴν Φρόνησιν ἀνερωτῶντες, ποίων, Φαῖεν ἂν ἴσως, ἡδονῶν;* Similis eſt interrogandi reſpondendique ratio in iis, quae haec ſubſequuntur, *πρὸς ταῖς ἀλη-*

Digitized by Google

θέσιν ἐκείναις ἡδοναῖς, φήσομεν, ἆρ' ἔτι προσδεῖσθ' ὑμῖν τὰς μεγίσας ἡδονὰς ξυνοίκους εἶναι καὶ τὰς σφοδροτάτας; καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες; ἴσως φαῖεν ἂν — Illud certe in dubium vocari nequit ποίων ἡδονῶν; a Mente & Sapientia dici, quae in ſequentibus etiam ſuam a voluptatibus averſionem produnt. Habet autem haec dictio magnam fere indignandi ſignificationem. Theaet. p. 180. B. Ἀλλ', οἶμαι, τὰ τοιαῦτα τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ σχολῆς φράζουσιν — ΘΕΟ. Ποίοις μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε; οὐδὲ γίγνεται τῶν τοιούτων ἕτερος ἑτέρου μαθητὴς ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύονται, ὅποθεν ἂν τύχοι ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσίασας, καὶ τὸν ἕτερον ὁ ἕτερος οὐδὲν ἡγεῖται εἰδέναι. Amator. p. 132. B. Ἧπου τι μέγα καὶ καλὸν ἐσι περὶ ὃ τοσαύτην σπουδὴν πεποιημένω ἐσόν. Ὁ δ' εἶπε, ποῖον, ἔφη, μέγα καὶ καλόν; Gorg. p. 490. D. Ἀλλ' ἴσως ἱματίων — ΚΑΛ. Ποίων ἱματίων; & mox Ἀλλ' εἰς ὑποδήματα δηλονότι δεῖ πλεονεκτεῖν — ΚΑΛ. Ποία ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; Charmid. p. 174. B. Ἆρά γε ἦ τὸ πεττευτικόν; Ποῖον, ἦ δ' ὅς, πεττευτικόν; Euthyd. p. 304. E. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφην, χάριέν γε τοι πρᾶγμά ἐσιν ἡ φιλοσοφία. Ποῖον, ἔφη, χάριεν, ὦ μακάριε; οὐδενὸς μὲν οὖν ἄξιον. Caeterum in loco noſtro non praetereundum — ἑκάσην. ΠΡΩ. Καὶ καλῶς γε εἰρήκατε ταυῦν, φήσομεν. ΣΩ. Ὀρθῶς. πάλιν τ. κ. τ. λ. quod ſic conſtituendum videtur — ἑκάσην· καὶ καλῶς γε εἰρήκατε ταυῦν, φήσομεν. ΠΡΩ. Ὀρθῶς. ΣΩ. Πάλιν τ. κ. τ. λ.

P. 63. E. (ἡδονὰς) — οἰκείας ἡμῖν νόμιζε· καὶ πρὸς ταύτας, τὰς μεθ' ὑγιείας καὶ τοῦ σωφρονεῖν, καὶ δὴ καὶ ξυμπάσης ἀρετῆς· ἐπόσαι καθάπερ θεοῦ ὀπαδοὶ γιγνό-

γιγνόμεναι, αὐτῇ ξυνακολουθοῦσι πάντη ταύτας μιγνύντας δ' αἰεὶ μετ' ἀφροσύνης καὶ τῆς ἄλλης κακίας ἑπομένας, πολλή που ἀλογία τῷ νῷ μιγνύναι. —) Horum ſenſum atque elegantiam, non niſi mutata paulisper interpunctione, aſſequi & percipere poſſimus. Scribendum: — σωφρονεῖν· καὶ δὴ καὶ ξυμπάσης ἀρετῆς ὁπόσαι —: *& quotquot univerſae virtutis, veluti Deae, comites, ipſam ſequuntur &c.* Sed hoc leve. Majorem habet declarandi difficultatem ταύτας μιγνύντας, quod Stephanus abundare cenſebat, niſi pro μιγνύντας aliud quid reponatur. Sed lenius equidem remedium adhibeam, ut emendem: — πάντη, ταύτας μίγνυ, τὰς δ' αἰεὶ μετ' ἀφρ. — Stephano item in mentem venerat, ante δ' αἰεὶ inſerendum eſſe τὰς.

P. 64. A. Ἆρ' οὐκ ἐμφρόνως ταῦτα καὶ ἐχόντως ἐχυτὸν τὸν νοῦν φήσομεν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ μνήμης καὶ δόξης ὀρθῆς ἀποκρίνασθαι τὰ νῦν ῥηθέντα;) Miror, Stephanum germanum illud ἐχόντως ἑαυτὸν, quod ſe ipſum mirifice commendat, quippe ſignificans νουνεχόντως, *prudenter*, ſollicitaviſſe: corruptelam vero, quae unicuique legenti facile in oculos incurrat, non deprehendiſſe. Inepte enim μνήμη cum δόξα ὀρθὴ conjungitur, quod cum nuſquam ferendum eſt, tum vero minime in Platone. Scripſit hic ſine dubio: — καὶ ἐπιστήμης καὶ δόξης ὀρθῆς. Nihil enim in eo eſt harum vocum conjunctione frequentius; quippe qui nihil facile & ſaepius & ſtudioſius conſideravit, quam quid *ſcientiam* inter & *rectam opinionem* interſit.

Ibid. C. — ἐπισκεψώμεθα, εἴθ' ἡδονῇ εἴτε νῷ προσ-

φυὲς τε καὶ οἰκειότερον ἐν τῷ παντὶ συνέσηκεν.) Scribe προσφυέστερον καὶ οἰκ. Sic p. 67. A. Μυρίῳ γ' αὖ νοῦς ἡδονῆς οἰκειότερον καὶ προσφυέστερον πέφανται νῦν τῇ τοῦ νικῶντος ἰδέᾳ. — Infra p. 65. D. Καλῶς εἴρηκας. ὅμως δ' ἔτι λέγε τὸ τρίτον· aptius eſt ὁμοίως. Et p. 66. A. Καὶ πάντα ὁπόσα τοιαῦτα χρὴ νομίζειν τὴν ἀΐδιον εἰρῆσθαι Φύσιν. praeeunte Ficino, emendo εἰλῆΦθαι.

Meno p. 72. A. Πολλῇ γέ τινι εὐτυχίᾳ ἔοικα κεχρῆσθαι, ὦ Μένων, εἰ μίαν ζητῶν ἀρετὴν, σμῆνός τε ἀνεύρηκα ἀρετῶν παρά σοι κειμένων.) Non plene ſe mihi commendat Cl. Gedikii opinio, qui e Plutarcho T. II. p. 93. B. ita hoc Socratis dictum laudante εὖ γε — ὅτι μίαν ἀρετὴν ἐρωτηθεὶς, σμῆνος ἀρετῶν κεκίνηκας, corrigendum putat κινουμένων. Quamquam haec opinio ſatis habere commendationis videatur, ſi animadvertamus, huc quoque reſpexiſſe Themiſtium Orat. I. p. 5. A. Ὁρᾶτε οὖν ὅτι τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο δῆμα διακρούοντί μοι, ἅπας ὁ τῶν ἀρετῶν ἐσμὸς ὑποΦθέγγεται; Neque enim eò adduci poſſum, ut repudiandam vulgatam exiſtimem. Acquieſco in κειμένων. Nihil enim, quod reprehendam ac de vitio ſuſpicer, in hac lectione reperio: & quod Plutarchi attinet ac Themiſtii auctoritatem, ſententiam illi, non verba, memorarunt. Et vero, utriusque elegantiſſimum dictum colorem duxiſſe videtur ex Rep. V. p. 450. A. Οὐκ ἴσθε ὅσον ἐσμὸν λόγων ἐπεγείρετε: unde profecit quoque Porphyrius de Abſtin. I. c. 34. p. 58. Ἐξ ὧν αἱ μνῆμαι καὶ αἱ Φαντασίαι, αἵτε δόξαι ἀθροιζόμεναι ἐσμὸν τῶν παθῶν ἐγείρουσαι. Eleganter etiam hoc ſenſu ſimpliciter ponitur κινεῖν

&

Digitized by Google

& ἐγείρειν. Theaet. p. 184. A. Ἄλλως τε καὶ ὃ νῦν ἐγείρομεν, πλήθει ἀμήχανον. Cratyl. p. 411. A. Ἐγείρεις μὲν, ὦ ἑταῖρε, οὐ φαῦλον γένος ὀνομάτων· Phileb. p. 36. D. Λόγον μέντοι τινὰ κινδυνεύομεν οὐ πάνυ σμικρὸν ἐπεγείρειν. Sympoſ. p. 198. E. Πάντα λόγον κινοῦντες. Ariſtocles apud Euſeb. Praep. Euang. XI. 3. p. 510. C. Ἐριστικοὺς κινήσαντες λόγους· & paulo poſt: πάντα δὲ ἐγείρων λόγον καὶ περὶ πάντων ζητῶν. Cf. Wyttenbachius ad Plut. de S. N. V. p. 83. t.7.p.1.n.47

P. 86. E. Ἔοικεν οὖν σκεπτέον εἶναι ποῖόν τι ἐστὶν, ὃ μήπω ἴσμεν ὅ, τι ἐστίν. εἰ μή τι οὖν, ἀλλὰ σμικρόν γέ μοι τῆς ἀρχῆς χάλασον.) Pro εἰ μή τι οὖν Cl. Gedikius εἰ δὲ μή, τί οὖν; legendum, & poſt τί οὖν ſubaudiendum ἴσμεν opinatur. Sed nullum eſt dubium, quin elegans loco formā reddenda ſit εἰ μή τι οὖν ἄλλο, σμικρόν γέ μοι τῆς ἀρχῆς χάλασον. In re notiſſima excitaſſe ſufficiat Longinum in fragmento epiſtolae ad Porphyrium p. 250. Κἂν εἰ μηδὲν δεῖ ἄλλο (τί γὰρ ἂν καὶ σοφὸν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν ἀφίκοιο) τήν τε παλαιὰν συνήθειαν, καὶ τὸν ἀέρα μετριώτατον ὄντα πρὸς ἣν λέγεις σώματος ἀσθένειαν. Ubi pro τήν τε παλαιὰν σ. legendum τήν γε π. ut Lucian. Conviv. T. III. p. 424. Ἀτὰρ εἰ καὶ μηδέν τι ἕτερον, ἱερεῖ γε ὄντι ὑπεξίσασθαι καλῶς εἶχεν. Et forte pro προσδοκᾶν ſcribendum προσδοκῶν.

Alcib. I. p. 105. E. Νεωτέρῳ μὲν οὖν ὄντι σοὶ, οὐκ εἶα ὁ θεὸς διαλέγεσθαι, ἵνα μὴ μάτην διαλεγοίμην· νῦν δὲ ἐφῆκε·) Atqui genius ille Socratis nunquam ipſum ad agendum impellebat, tantum a propoſito repellebat. Quod & aliunde conſtat & ab ipſo dicitur

tur Theage p. 128. D. Ἀεί μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπήν· προτρέπει δὲ οὐδέποτε. Sed ſcripſit auctor ἀφῆκε.

P. 119. D. — ὧν δεῖ που περιγενέσθαί σε ΔΕΙ˜ τοσοῦτον —) Legendum ὧν δήπου, niſi praeferas ὧν δεῖ που περιγενέσθαί σε 'ΑΕΙ' τοσ. Quam correctionem item adhibendam puto Luciano D. D. T. I. p. 287. Ἀλλὰ προσέτακται αὐτοῖν ὑπηρετεῖν τῷ Ποσειδῶνι καὶ καθιππεύειν δεῖ τὸ πέλαγος, ubi multo planiorem habebis ſententiam, ſi, mutato δεῖ in ἀεί, καθιππεύειν ad προσέτακται referas.

P. 120. D. Πότερον εἰκὸς ἀμείνους γίγνεσθαι φήσεις ἐν γενναίοις γένεσιν, ἢ μή;) Impedita haec reddit φήσεις, pro quo ſi, Ficinum ſecutus, φύσεις ſubſtituas, nihil requiras ulterius.

P. 122. A. Ὁ δὲ ἀνδρειότατος, ἄφοβον καὶ ἀδεᾶ παρασκευάζων, ὅταν δειλή, δοῦλον ὄντα.) Tentavit Steph. παρασκευάζων, ἅτε δὴ, ὅταν δειλὴ, δοῦλον ὄντα. Sed ſimpliciter corrigendum: — ὅταν δειλὴ, δειλὸν ὄντα. *Fortiſſimus autem impavidum (puerum) atque intrepidum reddens, quando ita eſt neceſſe, ſi ignavus ſit.* Contraria ratione δειλὸς in δοῦλος mutavi Legg. III. p. 699. C. Ταῦτ' οὖν αὐτοῖς πάντα φιλίαν ἀλλήλων ἐνεποίει, ὁ Φόβος ὁ τότε παρών· ὅ, τε ἐκ τῶν νόμων τῶν ἔμπροσθεν γεγονὼς, ὃν δουλεύοντες τοῖς πρόσθεν νόμοις ἐκέκτητο, ἣν αἰδῶ πολλάκις ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴπομεν· ᾗ καὶ δουλεύειν ἔφαμεν δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀγαθοὺς ἔσεσθαι· ᾗ ὁ δειλὸς ἐλεύθερός καὶ ἄφοβος. Ejusdem eſt rationis & gravitatis locus Legg. VI. p. 762. E. Δεῖ δὴ πάντ' ἄνδρα διανοεῖσθαι περὶ ἁπάντων

Digitized by Google

τῶν ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου· καὶ καλλωπίζεσθαι χρὴ τῷ καλῶς δουλεῦσαι μᾶλλον ἢ τῷ καλῶς ἄρξαι· πρῶτον μὲν τοῖς νόμοις (ὡς ταύτην τοῖς θεοῖς οὖσαν δουλείαν) ἔπειτα τοῖς πρεσβυτέροις κ. τ. λ. Quam ſententiam laudat Plutarch. Praec. Ger. Reip. p. 806. F. & reſpicit Themiſt. Orat. XIII. p. 170. C. Sic item Legg. IV. p. 715. C. Τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους, νῦν ὑπηρέτας τοῖς νόμοις ἐκάλεσα· — ἐν ᾗ μὲν γὰρ ἂν ἀρχόμενος ᾖ καὶ ἄκυρος νόμος, φθορὰν ὁρῶ τῇ τοιαύτῃ ἑτοίμην οὖσαν· ἐν ᾗ δ' ἂν δεσπότης τῶν ἀρχόντων, οἱ δὲ ἄρχοντες δοῦλοι τοῦ νόμου, σωτηρίαν, καὶ πάνθ' ὅσα θεοὶ πόλεσιν ἔδοσαν ἀγαθὰ γιγνόμενα καθορῶ. Epiſt. VIII. 354. C. Νόμος ἐπειδὴ κύριος ἐγένετο βασιλεὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωποι τύραννοι νόμων· & mox — τοῖς μὲν τυραννίδος ἐφιεμένοις, ἀποτρέπεσθαι καὶ φεύγειν φυγῇ ἁπλήσῳ πεινώντων εὐδαιμόνισμα ἀνθρώπων καὶ ἀνοήτων· εἰς βασιλέως δ' εἶδος πειρᾶσθαι μεταβάλλειν, καὶ δουλεῦσαι νόμοις βασιλικοῖς· ubi ἁπλήσῳ non φυγῇ adjungendum, ſed, in ἁπλήσως mutatum, ad πεινώντων referendum eſt. Adde ibid. E. & Legg. V. 729. D. Nec negligendum nobile illud Demarati de Lacedaemoniis ad Xerxem dictum apud Herodot. VII. 104. Ἐλεύθεροι γὰρ ἐόντες, οὐ πάντα ἐλεύθεροί εἰσι· ἔπεσι γάρ σφι δεσπότης, νόμος, τὸν ὑποδειμαίνουσι πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ σοὶ, σέ.

P. 127. B. Οὐ δ' αὖ ἄρα ταύτῃ οἰκοῦνται αἱ πόλεις, ὅταν τὰ αὐτῶν ἕκαστοι πράττωσιν.) Scribendum eſſe εὖ οἰκοῦνται & ipſa loci ratio & ſequens εὖ οἰκεῖσθαι evincit. Elegantiſſimum eſt in ſequentibus illud οὐ-

νοῦν ὁ μὲν τοῦ σώματος σὺν ἐρῶν, ἐπειδὴ λήγει ἄνθους, ἀπιὼν οἴχεται — ὁ δέ γε τῆς ψυχῆς ἐρῶν, οὐκ ἄπεισιν, ἕως ἂν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴῃς. Similiter Sympos. p. 183. E. Ἅμα γὰρ τῷ τοῦ σώματος ἄνθει λήγοντι, οὗπερ ἥρα, οἴχεται ἀποπτάμενος, πολλοὺς λόγους καὶ ὑποσχέσεις καταισχύνας· ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ὄντος ἑρασὴς διὰ βίου μένει, ἅτε μονίμῳ συντακείς. Juncus apud Stob. p. 586. 2. Ὅτι τὸ μὲν νέον ὥρα τις καὶ ἀκμὴ κατασεσμεῖν ἔοικεν· τό, τε τοῦ σώματος ἄνθος λήγει ἅμα τῷ χρόνῳ, τὸ δὲ ἀληθὲς κάλλος, ὅπερ ἐκ θείας κοινωνίας ἔσχε τὴν ἀποῤῥοὴν καὶ ἦλθεν ἐπί τινας· τοῦτο δὲ οὔτε πόνος ἢ λιμὸς ἢ ἀμελεία τις, ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὁ πολὺς χρόνος δύναται ἀμαυρῶσαι· συγγενόμενον δὲ ὁτῳοῦν καὶ συντραφὲν, οὐκ ἄφθη ποτε θᾶττον ἀπαλλαγὲν τῆς ἐκείνου ψυχῆς. Nec praetermittendus est Xenophon Sympos. c. VIII. §. 14. Ἦν δὲ καὶ ἀμφότεροι φέρῃσι, τὸ μὲν τῆς ὥρας ἄνθος ταχὺ δήπου παρακμάζει, ἀπολειτόντος δὲ τούτου, ἀνάγκη καὶ τὴν φιλίαν συναποκαρπίνεσθαι. ἡ δὲ ψυχὴ, ὅσῳπερ ἂν χρόνου ᾖ ἐπὶ τὸ φρονιμώτερον, καὶ ἀξιερασοτέρα γίγνεται. Sed huic loco labes infidet, quae obiter delenda videtur. Si tenendum est ἀμφότεροι, referendum est ad amatorem & amatum. At vero nullam sic magnopere vim habeat sententia. Praesertim si consideramus quae hunc locum proxime antecedunt: φιλεῖν γε μὴν τῶν μὲν τὸ ἦθος ἀγαμένων, ἀνάγκη ἰδία καὶ ἐθελουσία καλεῖται· τῶν δὲ τοῦ σώματος ἐπιθυμούντων πολλοὶ μὲν τοὺς τρόπους μέμφονται, καὶ μισοῦσι τὸν ἐρώμενον. Legendum conjecl ἀμφότερον. Sic τὸ ἀμφότερον φέρειν apprime opponitur τῷ ἤθος ἀγάσθαι & τῷ σώματος ἐπιθυμεῖν.

Si-

Similiter haec distinguit Plato Sympos. 209. B. Τά τε οὖν σώματα τὰ καλὰ μᾶλλον ἢ τὰ αἰσχρὰ ἀσπάζεται, ἅτε κυῶν· καὶ ἐὰν ἐντύχῃ ψυχῇ καλῇ καὶ γενναίᾳ καὶ εὐφυεῖ, πάνυ δὴ ἀσπάζεται τὸ ξυναμφότερον. Caeterum quâ venustate his locis de formae pulcritudine usurpatur ἄνθος & ἀνθεῖν, eâdem usurpatur ἀπανθεῖν Aristaeneto L. II. Ep. I. p. 73. Ed. Abresch. — ἀνθοῦσι γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι σώματι εὐθὺς πέφυκε προσιέναι ὁ Ἔρως· οὗ δὲ ἂν εὐανθὲς τε καὶ εὐῶδες ᾖ, ἐντρυφᾷ καὶ ἐνιζάνει καὶ μένει. Ubi non fine veri specie Pauw. εὐῶδες in εὐειδὲς mutandum censet. Sed vulgatam tuetur Platonis auctoritas Sympos. 196. B. Ἀνθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ, καὶ ἄλλῳ ὑτῳοῦν, οὐκ ἐνίζει Ἔρως· οὗ δ' ἂν εὐανθὴς τε καὶ εὐώδης τόπος ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἵζει καὶ μένει. e quo loco illustrandus est Aristaenetus. Atque hoc quidem sensu ἀπανθεῖν restituendum Lucilio de Parasito T. III. p. 269. Ἀμέλει πολλὰς ἄν σοι δείξαιμι, μόρφῃς μὲν εὖ ἠκούσας, τὸ δ' ἄλλα αἰσχυνούσας τὸ κάλλος· ὡς καὶ μόνον φθεγξαμένου ἀπόθανεῖν αὐτὸ καὶ ἀπομαραίνεσθαι. Uti enim durissimum est, neque ullo modo tolerari potest ἀποθανεῖν, ita unice se commendat ἀπανθεῖν. — P. 133. C. Τῷ θείῳ ἆρα τοῦτο ἔοικεν αὐτῆς καὶ τῆς εἰς τοῦτο θλέπων, καὶ πᾶν τὸ θεῖον γνοὺς, θεόν τε καὶ φρόνησιν, οὕτω καὶ ἑαυτὸν ἂν γνοίη κάλλιστα.) Magnopere displicet illud θεόν τε καὶ φρόνησιν, pro quo unice requiritur σοφίαν τε καὶ φρόνησιν. In iis enim, quae haec praecedunt, rogaverat: ἔχομεν οὖν εἰπεῖν, ὅ, τι ἐστὶ τῆς ψυχῆς θειότερον ἢ τοῦτο περὶ ὃ τὸ εἰδέναι τε καὶ φρονεῖν; Paullo ante — ἡ ψυχῆς ἀρετὴ, σοφία — de-

lendum eſt σοφίαν, tamquam gloſſema ad ἡ ψυχῆς ἀρετὴ adſcriptum.

Alcib. II. p. 145. A. Ὅρα τοίνυν καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις, ἂν δυνηθῶ· καλεῖς γὰρ δή που Φρονίμους κ. τ. λ.) Ficinus vertendo omiſit ἂν δυνηθῶ, quod ſane adeo eſt a Socratis oratione alienum, ut ineptum facile atque expungendum videri poſſit. Sed blandiorem adhibere medicinam licet. Scribe: — τούτοις. ΑΛ. Ἂν δυνηθῶ. ΣΩ. Καλεῖς γὰρ κ. λ. Utriusque nomen excidiſſe videtur propter vicinarum literarum ſimilitudinem. Eadem uſurpanda corrigendi ratio Rep. V. 460. D. — Ἔφαμεν γὰρ δὴ ἐξ ἀκμαζόντων δεῖν τὰ ἔκγονα γίγνεσθαι ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν — Scribe: — γίγνεσθαι. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν — Quam correctionem Ficini confirmat verſio. Levi hujusmodi diſtinctionis immutatione expediendum cenſebat Heilm. difficilem Thucydidis locum I. III. c. 15. — οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐπειδὴ ἦκουσαν, προσδεξάμενοι τοὺς λόγους, ξυμμάχους τε τοὺς Λεσβίους ἐποιήσαντο, καὶ [τὴν] ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολήν. τοῖς τε ξυμμάχοις παροῦσι κατὰ τάχος ἔφραζον ἰέναι ἐς τὸν ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσιν, ὡς ποιησόμενοι. καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο — diſtinguens: ἐσβολήν. — ποιησόμενοι, καὶ αὐτοὶ — Sed, me quidem judice, fruſtra. Scribendum videtur: — ἐποιήσαντο, τοῖς τε ξυμμάχοις — ποιησόμενοι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολήν· καὶ αὐτοὶ κ. τ. λ.

Charmide. Suaviſſimum hujus dialogi proœmium cum aliis ſe notibus commendat, tum imprimis mira illa urbanitate, quâ Charmidem Socrates ad ſermones ſecum miſcendos invitat ſubinde atque elicit.

Quo-

Quominus tolerandum est, si pulcerrimae huic Socratis orationi librariorum incuria nonnihil sordis ac mendi intulit. Et hoc quidem nomine excitanda sunt verba p. 157. B. Καὶ γὰρ νῦν, ἔφη, τοῦτ' ἔστι τὸ ἁμάρτημα περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι χωρὶς θατέρου, σωφροσύνης τε καὶ ὑγιείας, ἰατροὶ τινὲς ἐπιχειροῦσιν εἶναι· quae, ut menti auctoris ac sententiae contraria sunt, ita sermonis flumen retardant atque impediunt. Neque tamen magnopere quaerendum, quod huic malo mederi possit, remedium. Optime se habebunt reliqua, si unum σωφροσύνης τε καὶ ὑγιείας, quod ad θατέρου olim ab annotatore aliquo adscriptum videtur, e contextu ejicias. Quam habeat vim χωρὶς θατέρου ex iis quae haec praecedunt intelligere licet: ὅπως τῷ φαρμάκῳ τούτῳ μηδείς σε πείσῃ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν θεραπεύειν, ὃς ἂν μὴ τὴν ψυχὴν πρῶτον παράσχῃ τῇ ἐπῳδῇ ὑπὸ σοῦ θεραπευθῆναι. Unde hic loci sensus colligitur: *Et sane hic error nostrorum hominum animos occupavit, ut, neglecta animi curatione, corpus curare studeant.* Respexit hunc locum Maximus Tyr. p. 190. Ed. Heins.

P. 159. C. Πότερον οὖν, κάλλιστον ἐν γραμματιστοῦ τὰ ὅμοια γράμματα γράφειν ταχὺ ἢ ἡσυχῇ; Ταχύ.) Si haec servanda est distinguendi ratio, merito Stephanus κάλλιστον in κάλλιον mutandum censet. Sed distinguendum: πότερον οὖν κάλλιστον; ἐν γραμμ. id quod confirmat conclusio haecce: φαίνεται ἄρα ἡμῖν, ἔφην ἐγὼ, κατά γε τὸ σῶμα, οὐ τὸ ἡσύχιον, ἀλλὰ τὸ τάχιστον καὶ ὀξύτατον, κάλλιστον ὄν. In sequentibus pro διδάσκειν δὲ ἄλλον, οὐ ταχέως καὶ κάλλιον καὶ σφόδρα,

μᾶλλον ἢ ἡσυχῇ τε καὶ βραδέως; lego: — οὐ σφοδρὰ καὶ σφόδρα, κάλλιον μᾶλλον ἢ ἡσυχῇ τε καὶ βραδέως. Sic μᾶλλον non semel apud Platonem Comparativo adjicitur. Gorg. p. 487. B. Αἰσχυντηροτέρῳ μᾶλλον τοῦ δέοντος. Euthyd. p. 281. C. Πότερον οὖν ἂν μᾶλλον ἐλάττω τις πράττοι, πένης ὢν ἢ πλούσιος; Legg. VI. 781. A. Καθαιρετέρου μᾶλλον. Similiter ἧττον Legg. IX. p. 852. E. — ἡ γὰρ βελτίονα ἢ μοχθηροτέρου ἧττον ἐξειργάσατο τὸν τὴν δίκην παράσχοντα.

P. 164. E. — ὡς τὰ γράμματα φησί, καὶ ἐγώ.) Dura sane sententia, si post καὶ ἐγὼ subaudiendum sit φημί: sed concinna eadem atque, ut ita dicam, Platonica, si legatur: ὡς τὰ γράμματα φησί, καὶ ἐγὼ ὁμολογῶ. Rep. VII. p. 530. D. — ὡς οἵ τε Πυθαγορείοι φασί, καὶ ἡμεῖς, ὦ Γλαύκων, συγχωροῦμεν. Protag. p. 316. A. — ὡς φῂς σύ, καὶ ἐγὼ πείθομαι. Rep. IV. 424. C. — ὡς φησί τε Δάμων καὶ ἐγὼ πείθομαι. Gorg. p. 487. D. & similia alibi.

P. 165. B. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κριτία, σὺ μὲν ὡς φάσκοντος ἐμοῦ εἰδέναι περὶ ὧν ἐρωτῶ, προσφέρῃ πρός με, καὶ ἐὰν δὴ βούλωμαι, ὁμολογήσαντός σου.) Legendum omnino ὁμολογήσαντός σοι, quod cum totius loci habitus & ratio postulat, tum in primis, quod continuo sequitur, τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει· ἀλλὰ ζητῶ γὰρ μετὰ σοῦ ἀεὶ τὸ προτιθέμενον, διὰ τὸ μὴ αὐτὸς εἰδέναι σκεψάμενος οὖν, ἐθέλω εἰπεῖν, εἴτε ὁμολογῶ, εἴτε μή. Paullo post, pro corrupto illo ἔσιν, ὡς ἔφη, ἑαυτοῦ γε; Ficino duce, corrigendum ἔσιν ἴσως, ἔφη, ἑαυτοῦ γε.

P. 165. E. Οὐ γὰρ ὁμοία αὕτη πέφυκε ταῖς ἄλλαις ἐπι-

ἐπιζήμιος, οὐδὲ γε αἱ ἄλλαι ἄλλαις.) Scribe: ἀλλήλοις. Idem reſtitue Rep. V. p. 453. B. Λέγωμεν δὴ ὑπὲρ αὐτῶν, ὅτι, ὦ Σώκρατές τε καὶ Γλαύκων, οὐδὲν δεῖ ὑμῖν ἀλλήλοις ἀμφισβητεῖν. Perverſum eſt enim, quod vulgo legitur, ἄλλους ἀμφισβ. Nec alia ratione expediendum Phaedr. 237. C. Τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου· ὡς οὖν εἰδότες, οὐ διομολογοῦνται ἐν ἀρχῇ σκέψεως, προελθόντες δὲ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν· οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς οὔτε ἄλλοις ὁμολογοῦσιν. Legendum: οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς οὔτε ἀλλήλοις ὁμολ. Contrario juvandus remedio videtur Julian. Orat. VIII. 242. D. Ἀλλ' ἐξ ὧν ἀεὶ ταῦτα νοοῦντες, καὶ προαιρούμεναι κακὸν μὲν δοῦναι τῶν πολιτῶν τινι τοσοῦτον δέω λέγειν ἀπέσχομεν, ὥστε οὐδὲ ἐβουλευσάμεθά ποτε μετὰ ἀλλήλων. χρηστὸν δή εἴ τι γέγονεν ἢ τι βεβούλευται κοινῇ παρ' ἡμῶν. τοῦτο ἀλλήλοις εἰπεῖν μελήσει. Cujus loci priorem partem vertendo jam correxit Petavius, ut ex ipſius verſione: *Sed eo ſolo foedere devinximus, quod eaedem ſentientes ac volentes, tantum ab inferendo malo ulli civium abfuimus, ut ne de eo quidem inter nos unquam ipſi tractaverimus.* reponendum ſit — ταυτὰ ν. κ. προαιρούμενοι, κακ. — Poſteriorem partem non intellexiſſe videtur. Inepta eſt enim, quam ex his verbis confinxit, ſententia: *At e contrario, ſi quid in alios boni per nos re ipſa derivatum fuerit, aut de eo praeſtando in commune conſultum, de hoc privatim inter nos agebatur.* Sed haud dubie ſcripſit auctor: χρηστὸν δὲ εἴ τι γέγονεν ἢ τι βεβούλευται κοινῇ παρ' ἡμῶν, τοῦτο ἄλλοις εἰπεῖν με-

μελήσει: An vero utile quid communi, vel facto, vel consilio egerimus, hac de re penes alios erit judicium.

P. 172. C. Ἴδωμεν γὰρ, εἰ βούλει, συγχωρήσαντες, καὶ ἐπίσασθαι ἐπιστήμην, δυνατὸν εἶναι εἰδέναι· καὶ ὅ γε ἐξ ἀρχῆς ἐτιθέμεθα σωφροσύνην εἶναι, τὸ εἰδέναι ἅ τε οἶδε καὶ ἃ μὴ οἶδε, μὴ ἀποστερήσωμεν, ἀλλὰ δῶμεν· καὶ ταῦτα ἅπαντα δόντες, ἔτι βέλτιον σκεψώμεθα, εἴ ἄρτι καὶ ἡμᾶς ὀνήσει τοσοῦτον ὄν·) Ita hunc locum describendo corruperunt ac turbarunt librarii, ut, nisi audaciore conjecturâ, sensum ex eo probabilem elicere nequeas. Conjeci equidem: ἴδωμεν γὰρ, εἰ βούλει, συγχωρήσαντες, γενέσθαι ἐπιστήμην ἐπιστήμης δυνατὸν εἶναι, καὶ ὅγε κ. τ. λ. Videtur enim Socrates hoc loco concedere id, de quo ante multum & diu egerat, & quod concesserat item p. 169. D. δυνατὸν εἶναι γενέσθαι ἐπιστήμην ἐπιστήμης. Sed hoc est ejusmodi, ut accuratâ antecedentis disputationis lectione intelligendum sit, argumentatione probari non possit. Εἰδέναι post εἶναι e sequenti εἶναι, τὸ εἰδέναι temere nasci potuit. Caeterum τοσοῦτον ὄν mutandum censeo in τοιοῦτον ὄν. Iteratur enim τοιοῦτον ex antecedentibus quae cum hoc loco proxime connexa sunt: ἴσως δέ γε ἡμεῖς οὐδὲ χρηστὸν ἐζητήσαμεν· τεκμαίρομαι δὲ, ὅτι μοι ἄτοπ' ἄττα καταφαίνεται περὶ σωφροσύνης, εἰ τοιοῦτον ἔστιν· ubi legendum οὐδὲν χρηστὸν, uti p. 175. A. — ὅτι οὐδὲν χρηστὸν περὶ σωφροσύνης σκοπῶ. Caeterum pro εἰ ἄρτι καὶ ἡμᾶς ὀνήσει scribe: εἰ ἄρα τι καὶ ἡ. δ.

Lach. p. 181. B. Ὦ Σώκρατες, οὗτος μέντοι δ ἔπαινος ἔστι καλὸς, ὃν σὺ νῦν ἐπαινῇ, ὑπ' ἀνδρῶν ἀξίων πιστεύεσθαι, καὶ εἰς ταῦτα εἰς ἃ οὗτοι ἐπαινοῦσιν.)

Ver-

Vertit Ficinus: *optima haec laus eſt, o Socrates, quae tibi nunc a viris fide dignis tribuitur, qui in iisdem laudandi & ipſi ſunt, in quibus te laudant.* E qua verſione elegantem elicere lectionem licet: — πιστεύεσθαι καὶ ἐπαινεῖσθαι εἰς ταῦτα (f. ταυτὰ) εἰς ἃ αὐτοὶ ἐπαινοῦσιν. Redde: *pulcra eſt ſane, o Socrates, qua tu nunc celebraris, laudatio, profecta illa a viris & fide dignis & eâdem, qua celebrant, laudatione celebrandis.*

P. 182. C. Ornatâ hoc loco Nicias & compoſitâ oratione exercitationem laudat, qua armis pugnatur: ac poſtquam omnem ejus utilitatem expoſuit, hoc item ad ipſius commendationem affert, quod aliarum etiam omnium, quibus conjuncta eſt, diſciplinarum ſtudium excitet. Cui laudationi haec ſubjicit: καὶ ἥδη δῆλον, ὅτι τὰ τούτων ἐχόμενα καὶ μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ καλὰ, καὶ πολλοῦ ἄξια ἀνδρὶ μαθεῖν τε καὶ ἐπιτηδεῦσαι, ὧν καθηγήσαιτ' ἂν τοῦτο τὸ μάθημα. Frigide ſane ac languide! Sed ſuam orationi vim omnem atque efficaciam reſtitueris, ſi legas: καὶ τί δεῖ δηλοῦν, ὅτι —; *Et quid opus eſt declarare, diſciplinas, quibus haec conjuncta eſt exercitatio, praeclaras eſſe omnes & cognitu digniſſimas?*

P. 184. C. Poſtquam Nicias & Laches de exercitatione illa ſuam uterque ſententiam profeſſus, alter eam laudibus extulit, alter autem vituperavit ridendamque propoſuit, dubius haeret Lyſimachus, utram utri ſententiam praeferat, nec videt, utilisne judicanda ſit an ſupervacanea exercitatio. Qua fluctuans dubitatione confugit ad Socratem, ejusque arbitrium

ac judicium expetit: ἀλλὰ δέομαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, καὶ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή. In quibus verbis, uti nemo non reprehendit ἐπὶ, ita delendum id esse existimare quis possit. Sed malim equidem: καὶ γὰρ ὥσπερ ἐπικρινοῦντος τοῦ καὶ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή. *Rogo te, o Socrates, ut quid hoc de re sentias, significes. Nam consultatio haec nostra opus habere arbitro videtur, qui utrasque partes, verane an falsa dicant, examinet ac dijudicet.*

P. 188. D. Καὶ κομιδῇ μοι δοκεῖ μουσικὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι, ἁρμονίαν καλλίστην ἡρμοσμένος· οὐ λύραν, οὐδὲ παιδικὰς ὄργανα· ἀλλὰ τῷ ὄντι ζῆν ἡρμοσμένος· οὗ αὐτὸς αὑτοῦ τὸν βίον σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἔργα.) Conjecit Cornarius: ἀλλὰ τῷ ὄντι ξυνηρμοσμένος αὐτὸς αὑτοῦ κ. τ. λ. Quae conjectura etsi justum omnino sensum praebet, tamen non tota videtur probanda. Neque enim eo adduci possim, ut ζῆν ἡρμοσμένος, quod aptissimè dicitur, ex librariorum errore ita temere natum censeam. Et vero, non est quare moveatur. Alteram conjecturae partem quam maxime probo. Nam οὗ ante ἡρμοσμένος nullum habere locum potest & ex antecedenti ἡρμοσμένος· οὗ ortum videtur. Cum eximia hac sententia conferendus est Maxim. Tyr. Diss. XXXI. c. 2. Ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς τῶν μελῶν ἁρμονίαις τὸ παραλειφθὲν, κἂν σμικρὸν ᾖ, διαλύει τὸν κόσμον τοῦ μέλους· οὕτω κἂν τῇ τοῦ βίου ἁρμονίᾳ, εἴπερ μὴ ἐκμελὴς ἡμῖν ἔσαι, μηδὲ εἰκῇ διαπεφαίνεσθαι, ὁμολογίαν εἶναι δεῖ ἔργου καὶ λόγου. Et paucis interjectis: ὅσις οὖν τῆς ἁρμονίας ταύτης ἔρᾷ καὶ

ἐθέ-

ἐθέλει ἡχεῖν τὸν τῶν ἔργων φθόγγον, οὗτος κ. τ. λ. Idem Diſſ. XXXIX. c. 1. Εἰ δέ τις — τὸν αὐτοῦ βίον συμμέτρως καὶ πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, λόγῳ καὶ πόνῳ καὶ ἐθισμῷ καὶ εὐτελείᾳ καὶ καρτερίᾳ καὶ σωφροσύνῃ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ἡρμόσατο. Ubi Markl. pro πόνῳ ſubſtituit νόμῳ. Sed praeſtet, opinor, ſervato πόνῳ, delere καὶ ante εὐτελείᾳ, ut hanc habeamus ſententiam: *ſi quis ſuam ipſe vitam ratione, labore atque conſuetudine ad frugalitatem, continentiam caeterasque virtutes omnes concinnè & harmonice temperavit.* Cf. Themiſt. p. 261. D. Et Plutarch. T. II. 809. E. Hac harmoniae notione paſſim Plato praeclare utitur. Gorg. 482. B. *Niſi exiſtimes, eum, qui injuſte vivit, nec tamen injuſtitiae poenas luit, omnium eſſe mortalium infeliciſſimum,* μὰ τὸν Κύνα τὸν Αἰγυπτίων θεὸν, οὗ σοι ὁμολογήσει Καλλικλῆς, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ διαφωνήσει ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ· καί τοι ἔγωγε οἶμαι, ὦ βέλτιστε, καὶ τὴν λύραν μοι κρεῖττον εἶναι ἀνάρμοστόν τε (l. ἀναρμοστεῖν τε) καὶ διαφωνεῖν, καὶ χορὸν, ᾧ χορηγοίην, καὶ πλείστους ἀνθρώπους μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ' ἐναντία λέγειν, μᾶλλον ἢ ἕνα ὄντα ἐμὲ ἐμαυτῷ ἀσύμφωνον εἶναι καὶ ἐναντία λέγειν. Legg. II. p. 662. B. Rogante Socrate de injuſtis hominibus, nonne jucundam ſibi ipſi ac miſeram vitam traducant, reſpondet Clinias: καὶ πῶς ἂν ταῦτά γ' ἔτι ξυγχωροῖμεν; ΑΘ. Ὅπως; εἰ θεὸς ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὦ Φίλοι, δοίη τὶς συμφωνίαν· ὡς νῦν γε σχεδὸν ἀπᾴδομεν ἀπ' ἀλλήλων. Ib. V. p. 729. A. Ἡ γὰρ τῶν νέων ἀκολάκευτος οὐσία, τῶν δὲ ἀναγκαίων μὴ ἐνδεὴς, αὕτη πασῶν μουσικωτάτη τε καὶ ἀρίστη· ξυμφωνοῦσα γὰρ ἡμῖν καὶ

ξυναρμόττουσα, εἰς ἅπαντα, ἄλυπον τὸν βίον ἀπεργάζεται. Ib. VIII. p. 837. E. Ἔοικά γε, ὅπερ καὶ ἐτόπαζον, τυχεῖν τῆς σῆς, ὦ φίλε, ξυνῳδίας — Κλεινίᾳ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ εἰσαῦθις περὶ αὐτῶν τούτων πειράσομαι ἐπᾴδων πείθειν. Mitto alia. Unum addo Themiſt. Orat. VI. 77. A. — ἡ τοῦ λόγου κοινωνία, καὶ ἡ τοῦ σώματος πρὸς τὸν λόγον εὐαρμοσία· Quod ductum videtur ex ſublimi illa Platonis ſententia Rep. III. p. 402. C. Οὐκοῦν ὅτου ἂν ξυμπίπτῃ ἐν τε τῇ ψυχῇ καλὰ ἤθη ἐνόντα, καὶ ἐν τῷ εἴδει ὁμολογοῦντα ἐκείνοις καὶ ξυμφωνοῦντα, τοῦ αὐτοῦ μετέχοντα τύπου, τοῦτ' ἂν εἴη κάλλιστον θέαμα τῷ δυναμένῳ θεᾶσθαι; — καὶ μὴν τό γε κάλλιστον, ἐρασμιώτατον· — τῶν δὴ ὅτι μάλιστα τοιούτων ἀνθρώπων ὄγε μουσικὸς ἐρῴη ἂν· εἰ δὲ ἀξύμφωνος εἴη, οὐκ ἂν ἐρῴη. Cui Cf. Lucian. T. II. p. 469.

P. 189. D. Ἃ μὲν οὖν νῦν δὴ ἐπεχειρήσαμεν σκοπεῖν, τίνες οἱ διδάσκαλοι ἡμῖν τῆς τοιαύτης παιδείας γεγόνασιν, ἢ τίνας ἄλλους βελτίους πεποιήκαμεν, ἴσως μὲν οὐ κακῶς ἔχει ἐξετάζειν καὶ τὰ τοιαῦτα ἡμᾶς αὐτούς.) Jubente ſententia corrigendum: ἐξετάζειν κατὰ τὰ τοιαῦτα. *Ad harum rerum conſiderationem non male nosmet ipſos conſideremus.*

P. 191. E. Socrates poſtquam dixerat, in voluptatibus, doloribus, cupiditatibus, timoribus, alios eſſe fortitudine, alios ignaviâ inſignes, nunc deinceps de utraque, fortitudine & ignavia, quaerit τί ποτε ὂν ἑκάτερον τούτων, τοῦτο ἐπυνθανόμην. E quibus verbis etiamſi apte elici poſſet, quod dedit Ficinus, *quid ſit utrumque horum interrogabam*; totus tamen loci nexus longe aliud requirere videtur. Scribendum cenſeo:

τί

τί ποτε ὂν ἑκάτερον τούτων, τοῦτο ἔστι, ἐπυνθανόμην. Unde haec exiſtit ſententia: *quid autem cum ſit utraque res, haec ſit ignavia, illa fortitudo, quaerebam.* Quam ſententiam omnino requirunt ſequentia.

P. 194. A. — ἵνα μὴ καὶ αὐτῶν ἡμῶν αὐτὴ ἡ ἀνδρία καταγελάσῃ, ὅτι οὐκ ἀνδρείως αὐτὴν ζητοῦμεν· εἰ ἄρα πολλάκις αὐτὴ ἡ καρτέρησις ἐστὶν ἀνδρία.) Expungendum omnino poſtremum hocce ἀνδρία, quod ab aliena manu adſcriptum videtur: *ne nosmet ipſos ipſa deridet fortitudo, quod non fortiter eam exquirimus, num forte ipſa ſit temperantia.* πολλάκις h. l. quod Interpretem latuit, *forte* notat, neque hac ſignificatione apud Platonem infrequens eſt: Phaedon. 73. D. Ὥσπέρ γε καὶ Σιμμίαν τις ἰδὼν, πολλάκις Κέβητος ἀνεμνήσθη. Rep. IV. 424. C. Μὴ πολλάκις τὸν ποιητήν τις οἴηται λέγειν κ. λ. Ib. IX. 584. B. Ἵνα μὴ πολλάκις οἰηθῇς. Theag. 122. A. Ἵνα μὴ πολλάκις ἄνευ ἐμοῦ συγγενόμενός τῳ διαφθαρῇ. Critia 113. A. Μὴ πολλάκις ἀκούοντες — θαυμάσητε. Alibi. Conf. Abreſch. Diluc. Thucyd. p. 174.

P. 198. D. Οἷον περὶ τὸ ὑγιεινὸν εἰς ἅπαντας τοὺς χρόνους, οὐκ ἄλλη τις ἢ ἰατρικὴ, μία οὖσα, ἐφορᾷ καὶ γιγνόμενα καὶ γεγονότα, καὶ γενησόμενα.) Uti mox καὶ δή που τὰ περὶ τὸν πόλεμον — ἡ στρατηγία κάλλιστα προμηθεῖται, ita & hoc loco legendum οἷον τὰ περὶ τὸ κ. λ. Poſt ὑγιεινὸν addam καὶ νοσῶδες. Suadet hoc conſtans fere Platonis conſuetudo. In antecedentibus ἀλλὰ πρόσεχε τὸν νοῦν καὶ σὺ σκόπει τὰ λεγόμενα· Scribe: σύσκοπει.

P. 199. B. Ἡ δέ γ' αὕτη ἐπιστήμη τῶν αὐτῶν καὶ μελ-

μελλόντων καὶ πάντως ἐχόντων εἶναι (ὡμολόγηται.)] Huic lectioni si conferamus & Ficini versionem: *Eadem vero scientia est earundem rerum praeteritarum, praesentiumque & futurarum*, & quae sequuntur οὐ γὰρ μελλόντων μόνον περὶ τῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν ἐπαΐει, ἀλλὰ καὶ γιγνομένων καὶ γεγονότων καὶ πάντως ἐχόντων, dubitare non possumus, quin ab auctore profecta sit haecce scriptura: ἡ δὲ γ' αὐτὴ ἐπιστήμη τῶν αὐτῶν καὶ γεγονότων καὶ γιγνομένων καὶ μελλόντων καὶ πάντως ἐχόντων εἶναι.

P. 201. A. Ἐγὼ γὰρ φημὶ χρῆναι, ὦ ἄνδρες (οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγος) κοινῇ πάντας ἡμᾶς ζητεῖν.) Lege: ἔκφορος λόγου. Simillime Aristoph. Thesmoph. vs. 479.

Αὗται γὰρ ἐσμὲν, κοὐδεμί' ἔκφορος λόγου.

Ita ἐκφέρειν apud Platonem Menex. p. 236. C. Ἀλλ' ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, ἂν ἐξενέγκω αὐτῆς τὸν λόγον. Et Lucian. Necyom. p. 457. fine. Ἀλλὰ οὐ θέμις ἐκφέρειν αὐτὰ πρὸς ἅπαντας, οὔδε τὰ ἀπόῤῥητα ἐξαγορεύειν κ. τ. λ.

Lysde 212. B. Φιλοῦντες γὰρ ὡς οἴόντε μάλιστα οἰόμενοι οἴονται οὐκ ἀντιφιλεῖσθαι· οἱ δὲ, καὶ μισεῖσθαι.) Stephanus depravatum illud οἰόμενοι in οἱ μέντοι mutandum censuit; sed malim equidem: οἱ μὲν οἴονται ο. α., οἱ δὲ, κ. μ. *Quod nonnunquam amatoribus erga amatos accidit: ardentissimè eos amantes, vel amari se vicissim non credunt, vel etiam odio haberi.* — Quae in antecedentibus occurrit dictio ποιήματα ἡμῶν καταντλεῖν, perquam illa elegans, obvia est item Rep. I. p. 344.

Digitized by Google

p. 344. D. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Θρασύμαχος ἐν νῷ εἶχεν ἀπιέναι, ὥσπερ βαλανεὺς ἡμῶν καταντλήσας κατὰ τῶν ὤτων ἀθρόον καὶ πολὺν τὸν λόγον. Unde profecit Lucian. Demosth. Encom. T. III. p. 503. Ἦ που γε, ἔφην, διανοῇ καταχεῖν μου τῶν ὤτων, ὥσπερ βαλανεὺς καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον; Eadem forte elegantia restituenda est Platoni Reip. III. 411. A. Οὐκοῦν ὅταν μέν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν καὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων, ὥσπερ διὰ χώνης (ὡς δὴ νῦν ἡμεῖς ἐλέγομεν τὰς γλυκείας τε καὶ μαλακὰς καὶ θρηνώδεις ἁρμονίας) — ut, sublatis uncis, pro καταυλεῖν reponatur καταντλεῖν. Caeterum ex hoc loco colorem duxit Themist. Orat. XXII. 265. B. Οἱ δὲ ᾄδουσι καὶ προσᾴδουσι, γλυκεῖάν τε καὶ μαλακὴν καταχέοντες ὑμῶν ἁρμονίαν. Addit autem κατὰ in καταντλεῖν & similibus verbis, praesertim si genitivum, quem vocant, sibi adjunctum habet, miram dictioni venustatem. Rep. VII. 536. B. Καὶ φιλοσοφίας ἔτι πλείω γέλωτα καταντλήσομεν. Legg. VII. 800. C. Καὶ ᾄδοντες οὐ πόῤῥω τῶν βωμῶν, ἀλλὰ παρ' αὐτοὺς ἐνίοτε, πᾶσαν βλασφημίαν τῶν ἱερῶν καταχέουσι, ῥήμασί τε καὶ ῥυθμοῖς καὶ γοώδεσιν ἁρμονίαις συντείνοντες τὰς τῶν ἀκροωμένων ψυχάς. Ibid. 804. B. Καὶ δόξαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καταχεῖν, ὡς πάντων δειλότατον φύσει θηρίων ἐσί. Min. 302. D. Διὰ τί οὖν ποτε — αὕτη ἡ φήμη κατεσκέδασαι τοῦ Μίνω ὡς ἀπαιδεύτου τινὸς καὶ χαλεποῦ ὄντος; Lucian. Nigrin. T. I. p. 41. Ὁ δὲ ἀπαρξάμενος, ὦ ἑτκῖρε, περὶ τούτων λέγειν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην δηγεῖσθαι, τοσαύτην τινά μου λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε κ. τ. λ. Id. Eunuch. T. II. p. 351.

p. 351. Πόθεν, ὦ μακάριε, κατ' εἰρήνην ἐκεῖνοι, οἵ γε ξυμπεσόντες, ὅλας ἀμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων, κεκραγότες καὶ ὑπερδιατεινόμενοι; Id. Lexiph. T. II. p. 338. Εὖ ἴσθι, κορυβαντιάσειν μοι δοκῶ, περιβομβούμενος ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων. Quod expressum est ex Platonis Critone 54. D. — Sub finem hujus dialogi νῦν δὲ — ὦ Λύσι τε καὶ Μενέξενε, καταγέλαστοι γεγόναμεν, ἐγώ τε, γέρων ἀνήρ, καὶ ὑμεῖς, eodem Ficino duce, legendum censeam ἐγώ τε, γέρων ἀνήρ, καὶ ὑμεῖς, νέοι. Hujusmodi antithesi in primis delectari solet Plato. Apol. Socr. 25. D. Τί δή ποτ' ὦ Μέλιτε, τοσοῦτον σὺ ἐμοῦ σοφώτερος εἶ τηλικούτου ὄντος τηλικόσδε ὤν, ὥστε — Legg. VII. 821. E. Καίτοι χαλεπά γε ὄντα οὐκ ἄν ποτε οἷόστ' ἦν δηλοῦν τηλικούτοις οὖσι τηλικοῦτος. Theaet. 183. D. Νέος ὤν, ὦ Θεαίτητε, τοὺς πρεσβυτέρους ἀδικεῖν διδάσκεις; Menex. 234. A. Καὶ ἄρχειν ἡμῶν, ὦ θαυμάσιε, ἐπιχειρεῖς τῶν πρεσβυτέρων, τηλικοῦτος ὤν; Auctor dialogi, qui *Hipparchus* inscribitur, Platonem imitatus 225. D. Μὴ τοίνυν ἐπιχείρει μὲ ἐξαπατᾶν, ἄνδρα πρεσβύτερον ἤδη, οὕτω νέος ὤν. Et magnam fere antithesi efficaciam addit orationis concinnitas. Tim. 47. C. — συγγενεῖς ἐκείναις οὔσας, ἀταράκτοις τεταραγμένας. Menex. 241. A. Οἱ μὲν γὰρ Μαραθῶνι τοσοῦτον μόνον ἐπιδείξαντο τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι κατὰ γὴν οἵόντε ἀμύνασθαι τοὺς βαρβάρους ἀλίγοις πολλούς· Jone 534. D. Ἵνα ἡμεῖς οἱ ἀκούοντες εἰδῶμεν ὅτι οὐκ οὗτοι εἰσὶν οἱ ταῦτα λέγοντες, οὕτω πολλοῦ ἄξια, οἷς νοῦν μὴ πάρεστιν. Gorg. 511. B. Καὶ σὺ ἐμοῦ ἄκουε, ὅτι ἀποκτενεῖ μὲν, ἂν βούληται· ἀλλὰ πονηρὸς ὢν κακὸν κἀγαθὸν ὄντα. Apol. S. 19. A.

Ἐπι-

Ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε, ταύτην ἐν οὐτωσὶν ὀλίγῳ χρόνῳ. Ibid. 24. A. Quae antitheſeos efficacia reddenda videtur Timaeo 86. E. Ὅπου γὰρ ἂν οἱ — χυμοὶ — τὴν ἀφ' αὑτῶν ἀτμίδα τῇ τῆς ψυχῆς Φορᾷ συμμίξαντες ἀνάπερασθῶσι, παντοδαπὰ νοσήματα ψυχῆς ἐμποιοῦσι, μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ ἐλάττω καὶ πλείω. ut legatur μᾶλλον καὶ ἧττον, ἐλάττω καὶ πλείω.

Menex. p. 247. E. *Niſi parentes noſtri fortiter ferant ſortem noſtram, ſuſpicionem facile moveant, vel parentes ſe noſtros non eſſe, vel mentiri quicumque nos laudant:* χρὴ δὲ οὐδέτερα τούτων· ἀλλ' ἐκείνους μάλιστα πάντων, ἡμῶν ἐπαινέτας εἶναι, ἔργῳ παρέχοντας αὐτοὺς φαινομένους τῷ ὄντι πατέρας ὄντας ἀνδρὰς ἀνδρῶν·) Huic ſententiae ſuam reddideris vim omnem ac ſignificationem, ſi interpungas ἡμῶν ἐπαινέτας εἶναι ἔργῳ, παρέχ. Magnam vim habet ἄνδρὰς ἀνδρῶν, quam formam inſigni fere efficaciâ uſurpavit Plato. Et operae pretium eſt hujus uſus nonnulla hic exempla adſcribere. Epiſt. VII. 34 :. E. Ἡ δὲ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγὴ — μόγις ἐπιςήμην ἐνέτεκεν, εὖ πεφυκότος, εὖ πεφυκότι. Ibid. 351. A. — εὐεργετῶν ἐν δυνάμει καὶ τιμαῖσι γενέσθαι τὰ μέγιςα ἐν ταῖς μεγίςαις. Rep. X. 600. E. Ἀλλ' — ὁ ζωγράφος σκυτοτόμον ποιήσει δοκοῦντα εἶναι, αὐτός τε οὐκ ἐπαΐων περὶ τῆς σκυτοτομίας, καὶ τοῖς μὴ ἐπαΐουσιν. Euthyd. 304. E. Περὶ οὐδενὸς ἀξίων ἀναξίαν σπουδὴν ποιουμένων. Menex. 239. C. Δόξαν ἀξίαν ἐπ' ἀξίοις λαβὼν ἔχει. Legg. V. 740. E. Ἐκπομπὴ ἀποικιῶν φίλη γιγνομένη παρὰ φίλων. Rep. VIII. 566. D.

ὅτι μέγας μεγαλως ἀὐ κεῖται. Tim. 37. A. Ἐπὶ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη τῶν γενητῶν. Ib. 30. A. Εὕρισκεν — οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ἄλλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαι τοτ' ἔργον. Ib. 33. A. ex Cod. Tub. & Ficini verſione διὰ δὴ — τὸν λογισμὸν τόνδε ἐν ὅλων ὅλων ἐξ ἁπάντων καὶ τελέων τέλεον — ξυνέστησε. Ibid. 34. B. Καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων καὶ ὅλων σωμάτων σῶμα ἐποίησε ubi vulgo legitur καὶ ὁ κ. τ. ἐ. τελέων σωμάτων σ. ἐπ. Sed formam hanc Cicero vertendo expreſſit C. V. §. 5. fine. Legg. VIII. 835. C. Gorg. 522. D. Protag. 316. C. Numen. apud Euſeb. 543. C. Cf. Abreſch. Animadv. ad Ariſtaen. p. 257 & 317.

Polit. p. 258. B. Οὐ μὲν δὴ κατὰ ταυτόν γε, ὦ Σώκρατες, φαίνεται μοι τιμᾶμαι. Νέος ΣΩ. Τί μήν; ΞΕΝ. Κατ' ἄλλο. Νέος ΣΩ. Ἔοικέ γε. ΞΕΝ. Τὴν οὖν πολιτικὴν ἁπλῶς πῃ τις ἂν εὑρήσει;) Scribe: Κατ' ἄλλο, ἔοικέ γε· τὴν οὖν π. Frequenter nec invenuſte brevi hujuſmodi reſponſo additur ἔοικέ γε. Charm. p. 175. A. Πῶς οὖν ὠφέλιμος ἔσται ἡ σωφροσύνη; — Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἔοικέ γε. Sic εἰκὸς γε Lach. p. 184. E. Ἆρα τοῖς πλείοσιν ἂν ἡμῶν πείθοιο, ἢ τῷ χείνῳ ὅσις — Ἐκείνῳ εἰκός γε, ὦ Σώκρατες. Theaetet. p. 203. C. Alibi. Eleganter hanc de Politico diſputationem πολιτικὴν ἁπλῶς vocat, qua metaphora varia ſubinde ratione utitur. Lyſide p. 213. E. Ἀλλὰ ταύτην μὲν μηκέτι ἴωμεν (καὶ γὰρ χαλεπή τις μοι φαίνεται, ὥσπερ ἐδόκει, ἡ σκέψις) ἃ δὲ ἐπράπομεν, δοκεῖ μοι χρῆναι ἐέγειν, σκοπεῖν τὰ κατὰ τοὺς ποιητάς.

Cri-

Critia init. Ὡς ἄσμενος, ὦ Σώκρατες, οἷον ἐκ μακρᾶς ἀναπεπαυμένος ὁδοῦ, νῦν ὄντως ἐκ τῆς τοῦ λόγου διαπορείας ἀγαπητῶς ἀπήλλαγμαι. Soph. 231. C. Πρῶτον δὴ σάντες οἷον ἐξαναπνεύσωμεν· καὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαλογισώμεθα ἅμα ἀναπαυόμενοι — Rep. VII. 532. E. Οἱ ἀφικομένῳ ὥσπερ ὁδοῦ ἀνάπαυλα ἂν εἴη, καὶ τέλος τῆς πορείας. Sic item Themist. Orat. II. p. 38. B. Μικρὸν ἐπισήσαντες, εἰ δοκεῖ, καὶ διαναπαυσάμενοι ἐκ τοῦ δρόμου, σκοπῶμέν τοι — Max. Tyr. Diss. XXV. init. Ἀναλαβόντες αὖθις αὖ τοὺς περὶ ἔρωτος λόγους, ὥσπερ ἀρχὴν μακρᾶς ὁδοῦ, μετ' ἀνάπαυλαν βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ τέλος, ἡγεμόνας παρακαλέσαντες τῆς ὁδοῦ Ἑρμῆν κ. τ. λ.

P. 260. D. Οὐκοῦν καὶ τὸ κηρυκικὸν φῦλον, ἐπιτάχθὲν, τἀλλότρια νοήματα παραδεχόμενον, αὐτὸ δεύτερον ἐπιτάττει πάλιν ἑτέροις.) His si conferamus praecedentia, quibus connexa sunt, πωληθέντα που πρότερον ἔργα ἀλλότρια παραδεχόμενοι, δεύτερον πωλοῦσι πάλιν οἱ κάπηλοι, dubitare non possumus quin auctor scripserit: — ἐπιταχθέντα τἄλλότρια νοήματα παραδεχόμενον αὐτὰ δευτ. Simili modo corrige locum infra p. 307. A. Ὡς ἡσυχαΐά που φαμὲν ἑκάστοτε καὶ σωφρονικὰ, περί τε διάνοιαν πράττομεν ἀγασθέντες καὶ κατὰ τὰς πράξεις αὖ βραδέα καὶ μαλακὰ, καὶ ἔτι περὶ φωνὰς γιγνόμενα λεῖα καὶ βαρέα — Lege: πραττόμεν' ἀγασθέντες. *Uti quieta & temperata dicimus, quae circa cogitationem & actionem lente ac placide, & circa voces leviter ac graviter fiunt.* Item p. 309. B. Τούτων τὰς μὲν ἐπὶ τὴν ἀνδρίαν μᾶλλον ξυντεινούσας, οἷον

δημονοφυὲς νομίσας αὐτῶν εἶναι τὸ σεμνὸν ἦθος. Scribe: νομίσασ' αὐτῶν. Sermo est de Arte Politica, uti in sequentibus, ubi dicitur ξυναρμοσαμένη. Nec dissimili remedio opus habet Rep. VII. 538. C. Ἀλλὰ πῇ προσάπτομεν· οὓς τῶν λόγων αὕτη φέρει ἡ εἰκών; Τῇ δε. Cui difficili obscuroque loco sensum ac lumen restitueris corrigendo: ἀλλὰ πῇ πρὸς ἁπτομένους τῶν λ. α. φ. *Sed quâ ratione ad illos, qui dialecticae student haec referenda est comparatio? Haecce.* Ita in sequentibus p. 539. A. — τῶν οὕτω λόγων ἁπτομένων.

P. 264. E. Τί δέ; Τὸ πολιτικὸν, ὥσπερ τὸ πεζὸν, ζητητέον; ἢ οὐκ οἴει καὶ τὸν ἀφρονέστατον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, δοξάζειν οὕτω;) Legit Ficinus: — τὸ πολιτικὸν, ὡς, περὶ τὸ πεζὸν ζητητέον, οὐκ οἴει —; Vertit enim: *Quod civilis facultas circa illa, quae gradiuntur, dumtaxat versatur, vel stolidissimus quisque, ut ita dixerim, animadverteret.* Nec alia fuisse videtur Platonis sententia ac scriptura: nisi forte τὸ πολιτικὸν, uti & antecedens τὸ βασιλικὸν, in τὸν πολ. & τὸν βασ. mutandum censeas.

P. 268. B. Πῶς οὖν ἡμῖν ὁ λόγος ὀρθὸς φανεῖται καὶ ἀκέραιος ὁ περὶ τοῦ βασιλέως, ὅταν αὐτὸν νομέα καὶ τροφὸν ἀγέλης ἀνθρωπίνης Φῶμεν, μόνον ἐκκρίνοντες, μυρίων ἄλλων ἀμφισβητούντων;) Scribendum est sine dubio ἐγκρίνοντες. Haec autem Regis cum pastore assimilatio insignem habet sublimitatis vim Legg. IV. p. 713. C. ubi aurea aetate Saturnus dicitur hominibus praepositisse non homines, qui ipsos regerent, sed

ſed ejuſmodi naturas, quae tanto eſſent hominibus ſuperiores, quanto nunc ſunt gregibus paſtores. Cf. infra p. 271. D. & Critia p. 109. B. *Dii, cum terram invicem ſecundum varias ipſius regionis diſtribuiſſent*, εἶον νομεῖς κτήματα καὶ ποίμνια καὶ θρέμματα ἑαυτῶν ἡμᾶς ἔτρεφον· πλὴν οὐ σώμασι σώματα βιαζόμενοι, καθάπερ ποιμένες κτήνη πληγῇ νέμοντες, ἀλλ' ἢ μάλιστα διάνοιαν οὕτως ἄγοντες τὸ θνητὸν ἅπαν ἐκυβέρνων. Cui loco ſi conferamus quam ipſius verſionem dedit Ficinus, reperiemus, multa ei & praeclara jam deeſſe, quae in Ficini Cod. exſtiterunt. Sic enim vertit: *Hoſce, veluti greges ipſorum poſſeſſionesque & armenta nutrivere, hoc tantum excepto, quod corporibus corpora cogere noluerunt, quemadmodum plagis pecora jumentaque paſtores ſolent:* AT VERO TAMQUAM DOCILE ET OBEDIENS ANIMAL, QUASI EX PUPPE NAVEM AGILEM DIRIGENTES, PERSUASIONE PRO GUBERNACULIS UTEBANTUR, EAQUE ANIMAM ATTINGEBANT *& pro arbitrio ſuo ita ducentes mortale genus omne gubernabant.* Sed ſublimis ſententiae jacturam, ut haec Ficini verſio, ita Plutarchi locus aliquantum compenſat, qui manifeſte ſententiam exprimit. Locus ille eſt in Praec. Ger. Reip. T. II. p. 801. D. qui, etſi longiusculus, totus apponendus eſt, ut ſenſus appareat: Οὐ μὴν ἀμελητέον γε διὰ τοῦτο τῆς περὶ τὸν λόγον χάριτος καὶ δυνάμεως, ἐν ἀρετῇ θεμένους τὸ σύμπαν, ἀλλὰ τὴν ῥητορικὴν νομίσαντες μὴ δημιουργὸν, ἀλλά τι συνεργὸν εἶναι πειθοῦς, ἐπανορθωτέον τὸ τοῦ Μενάνδρου, Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.

καὶ γὰρ ὁ τρόπος καὶ ὁ λόγος· εἰ μὴ νὴ Δία φήσει τις ὡς τὸν κυβερνήτην ἄγειν τὸ πλοῖον, οὐ τὸ πηδάλιον, καὶ τὸν ἱππέα στρέφειν τὸν ἵππον, οὐ τὸν χαλινόν, οὕτως πόλιν πείθειν, οὐ λόγῳ ἀλλὰ τρόπῳ χρωμένην, ὥσπερ οἶμαι καὶ χαλινῷ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν, ὅπερ εὐστοφώτατον ζῶον, ὥς φησι Πλάτων, εἶον ἐκ πρύμνης ἀπτομένην καὶ κατευθύνουσαν. Obiter moneo, in eodem Dialogo paullo ante pro τοῖς δ' ἐνθένδε ἐκπλέουσιν ἐπὶ τὸ πᾶν πέλαγος legendum esse τ. δ' ἐ. ἐ. ἐπὶ τὸ πέραν πέλαγος.

P. 271. B. Ἐχόμενον γὰρ ἔστι τῷ τοὺς πρεσβύτας ἐπὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἰέναι φύσιν, ἐκ τῶν τετελευτηκότων αὖ, κειμένων δὲ ἐν γῇ, πάλιν ἐκεῖ ξυνιζαμένους, καὶ ἀναβιωσκομένους — καὶ γιγενεῖς δὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐξ ἀνάγκης φυομένους, οὕτως ἔχειν τοὔνομα καὶ τὸν λόγον.) Neque Eusebii lectionem τοὔνομα καὶ τὸν τρόπον, nec vero Stephani conjecturam τοὔνομα κατὰ τὸν λόγον; sed unice vulgatam τοὔνομα καὶ τὸν λόγον germanam esse judicem. Sensus est: *terrigenas & nomine dici & definitione significari.* Ita fere ὄνομα & λόγος a se invicem distinguuntur, ut λόγος sit, *quo nomen definitur ac declaratur.* V. Soph. p. 218. C. 221. A. Euthydem. p. 285 & 286. Cf. Dan. Heinsi. ad Max. Tyr. in not. p. 90. Caeterum ne Eusebii lectionem omnino negligamus, ipsius forte τὸν τρόπον substituendum pro priore τὸν λόγον, ut legatur κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Quod autem dicit τῷ τοὺς πρεσβύτας ἐπὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἰέναι φύσιν proverbium respicit, quod memorat Legg. I. p. 646. A. Οὐ μόνον ἄρ', ὡς

ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων θεὸς πῶς γιγνοιτ' ἂν ἀληθὲς καὶ ὁ μεθυσθείς.

P. 273. D. *Deus, mundum videns conturbatum & in dissolutionis discrimine versantem*, πάλιν ἔφεδρος αὐτοῦ τῶν πηδαλίων γιγνόμενος, τὸ νοσήσαντα καὶ λυθέντα ἐν τῇ καθ' αὑτὸν περιόδῳ τρέψας, κοσμεῖ τε, καὶ ἐπανορθῶν, ἀθάνατον αὐτὸν καὶ ἀγήρῳ ἀπεργάζεται. Magnifica profecto & sublimis sententia! Sed vitium latet, quod orationem impeditum reddit. Expungendum videtur τὰ ut νοσήσαντα καὶ λυθέντα ad κόσμου referatur. Verte: *Iterum ad ejus gubernacula praesidens, aegrotantem eum ac dissolutum ad priorem circumvolutationem dirigens in ordinem redigit.* Supra πεφὶ μὲν γὰρ τοῦ συνθέντος πάντα καλὰ κέκληται, praeunte Ficino, corrige: κέκτηται.

P. 275. C. Postquam dixit Hospes opinari se τοὺς γ' ἐνθάδε αὖ ὄντας πολιτικοὺς, τοῖς ἀρχομένοις ὁμοίους τε εἶναι πολὺ μᾶλλον τῆς φύσεις, καὶ πεφαπλησιαίτερον παιδείας μετειληφέναι καὶ τροφῆς, ita pergit: Ζητητέον γε μὴν οὐδὲν ἂν εἰ ἦσαν οὐδ' ἧττον οὔτε μᾶλλον, εἴθ' οὕτως εἴτ' ἐκείνως πεφύκασιν. Quibus verbis omnem, opinor, obscuritatem haec emendatione eximas: Ζητητεοί γε μὴν οὐδὲν ἂν εἶησαν οὐδ' ἧττον οὔτε μᾶλλον, εἴθ' κ. τ. λ. *Veruntamen, sive hoc, sive illo modo se habeant, nihilominus quaerendi sunt.* Ita paulo ante ἀμφισβητοῦσι τῷ ζητουμένῳ ταυτὸν. Simili emendatione expedimus Critiam p. 117. E. Τοῦτο δὴ πᾶν συνέφκει τὸ μὲν ὑπὸ πολλῶν καὶ πυκνῶν οἰκήσεων, ut legamus: — συνέκειτο.

P. 275.

P. 275. D. *Politicum definientes gregis altorem, ut hoc eum nomine apprehenderemus, effugit nos* κατὰ τὴν ὀνομασίαν. ΣΩ. Πῶς; ΞΕΝ. Τοῦ τὰς ἀγέλας ἑκάσας τρέφειν, ταῖς μὲν ἄλλοις που πᾶσι μέτεστι νομεῦσι, τῷ πολιτικῷ δὲ οὐ μετὸν, ἐπωνύμεθα τοῦνομα, δέοντι τῶν κοινῶν ἐπενεγκεῖν τι σύμπασι. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις, εἴπερ ἐτύγχανέ γε ὄν. ΞΕΝ. Πῶς δ' οὐκ ἦν τό γε θεραπεύειν που πᾶσι κοινὸν —) Locus non una parte depravatus. Ferri enim non poteſt, Politicum dici humani generis non eſſe paſtorem. Hoc in antecedentibus omnium maxime demonſtratum eſt. Deinde nihil eſſe videtur Socratis reſponſum. Equidem legendum conjeci: τῷ πολιτικῷ δὲ αὖ μετὸν, ἐπωνύμεθα τοῦνομα, δεόν γε τῶν κοινῶν ἐπενεγκεῖν τι σύμπασι. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις, εἴπερ ἐτύγχανε μεῖδν πᾶσι. ΞΕΝ. Πῶς κ. τ. λ. Huc redit Hoſpitis ſententia. „ Politicum nondum cepimus, quia nomine eum definivimus, quod a caeteris eum paſtoribus non diſtinguit, „ ſed his item commune eſt.“ Verte: *Effugit nos Politicus ſecundum nomen quod ipſi impoſuimus. So. Quomodo? Hoſp. Greges alere caeteris paſtoribus omnibus proprium eſt, &, cum Politico item proprium ſit, hoc ei nomen impoſuimus, etiamſi commune nomen omnibus imponendum ſit paſtoribus. So. Vere dicis, ſi quidem omnibus hoc proprium ſit. Hoſp. Quidni vero cura omnibus propria ſit?* Πᾶσι, quod inſerendum puto, a ſequentibus πῶς abſorptum videtur. Infra p. 277. D. poſt καὶ μάλα ἀτόπως ἐοίκαμεν ἐν τῷ παρόντι κινῆσαι τὸ περὶ τῆς ἐπισήμης πάθος ἐν ἡμῖν excidерunt non-

nonnulla, quae in codice suo Ficinus reperisse videtur. Subjungit enim: *nempe in magnis arduisque incoepimus, quod in minimis & facilibus erat per ordinem inchoandum.* quod apprime huic loco convenit, praesertim cum ab Hospite dicatur, qui per totum hunc Dialogum analyticam differendi rationem sequitur.

P. 285. E. Ἀλλ', οἶμαι, τοὺς πλείστους λέληθεν ὅτι τοῖς μὲν τῶν ὄντων ῥᾳδίως καταμαθεῖν αἰσθηταί τινες ὁμοιότητες πεφύκασι, ἃς οὐδὲν χαλεπὸν δηλοῦν, ὅταν αὐτῶν τις βουληθῇ τῷ λόγον αἰτοῦντι περί του, μὴ μετὰ πραγμάτων, ἀλλὰ χωρὶς λόγου ῥᾳδίως ἐνδείξασθαι.) Sententiam habebis & integram & perspicuam, si μὴ ante μετὰ πραγμάτων, quod menti auctoris repugnat, expungas: deinde ῥᾳδίως καταμαθεῖν, duce Ficino, in ῥᾳδίοις καταμαθεῖν immutes.

P. 290. D. Ἤδη τοίνυν μοι δοκοῦμεν οἷόν γέ τινος ἴχνους ἐφ' ὃ πορευόμεθα προσάπτεσθαι.) Hujus loci quae in Ed. Bas. exstat lectio γείτονος ἴχνους non video quare Stephano placuerit. Dicit enim Hospes, de sacerdotibus se mentionem facientem in aliquod quasi vestigium incidisse, eo ducens, quo ipse tenderet, i. e., ad reges; apud Aegyptios enim sacerdotes simul esse reges. Eadem est dictionis venustas Themist. Orat. I. p. 12. C. Ἀλλ' ἐπανακτέον τὸν λόγον ἐκτρεπόμενον τοῦ ἴχνους, ἐφ' ὅπερ ὥρμησεν ἐξ ἀρχῆς. Orat. XX. p. 235. A. Οὐδὲ ἴχνους λαβέσθαι οἷός τε ὢν, οὔτε ἀρχῆς ἠσυνοσοῦν ἐπιδράξασθαι εἴσω φερούσης. Orat. XXIII. p. 288. B. Σκοπῶμεν ὅστις ἂν μοι αὐτῷ προσαρμόσαι, καὶ ὅ, τι ἂν εὕροιτε ὥσπερ ἴχνος τηλαυγὲς τῆς ἐμῆς πορείας. Infra p. 301. D. Νῦν δέ γε ὅτε οὐκ

οὐκ ἔστι γιγνόμενος, ὡς δὴ φαμὲν, ἐν ταῖς πόλεσι βασιλεὺς, οἷος ἐν σμήνεσιν ἐμφύεται, τό, τε σῶμα εὐθὺς καὶ τὴν ψυχὴν διαφέρων εἷς, δεῖ δὴ συνελθόντας ξυγγράμματα γράφειν, ὡς ἔοικε, μεταθέοντας τὰ τῆς ἀληθεστάτης πολιτείας ἴχνη. Cujus modi elegans comparatio placuit item Xenophonti Cyrop. V. 118. B. Βασιλεὺς μὲν γὰρ ἐμοίγε δοκεῖς σὺ φύσει πεφυκέναι, οὐδὲν ἧττον, ἢ ὁ ἐν τῷ σμήνει φυόμενος τῶν μελισσῶν ἡγεμών, quo referendum pulcerrimum illud Themistii Orat. II. p. 36. A. Φύεται δὲ αὐτόματος, καὶ ἐκτρέφεται, ὥσπερ ἐν σμήνει, αὐτοφυὴς ἐκ γενετῆς καὶ αὐτοδίδακτος βασιλεὺς, ᾧ συμπεριβομβεῖ καὶ συμπέτεται ἑκούσιον τὸ σμῆνος καὶ ξὺν χαρμονῇ. Cf. Rep. VII. p. 520. B.

Digitized by Google

VARIAE LECTIONES.

PLATONIS SOPHISTA

(a D. RUHNKENIO)

Ad Cod. Reg. 1812. *collatus.*

Pag.		
217. E.	χαρίσασθαι	χαρίζεσθαι
218. B.	δὴ νῦν οὕτως	μὲν δὴ οὕτως
— C.	συνομολογεῖσθαι	συνωμολογῆσθαι
220. A.	Καὶ ἔνια	κατ' ἔνια
— B.	μὲν γένους πᾶσα ἡμῖν ἡ — καθ' ἃ τὸ — αὐτόθι	μὴν γένους, πᾶσα μὲν ἡ — κατὰ τὸ — αὐτόθεν
— E.	οὐχ ἥτις	οὐχ ἥ τις
221. A.	δοκῶ μὲν	δοκῶμεν
— B.	ὅλου	ὅλον
223. D.	τὴν δὲ ἀλλότρια	τὴν δὲ τὰ ἀλλότρια
— E.	περὶ ψυχὴν	περὶ τὴν ψυχὴν
224. C.	μεταβλητικὴν	μεταβλητικὸν
225. A.	τῷ μὲν σώματα — καὶ πρέπον λέγειν ὄνομα τι	τῷ μὲν σώματι — καὶ πρέπον ὄνομα λέγειν, τι
— B.	ἀπορήσεις	ἀποκρίσεις
— D.	τὸν τοίνυν τοὐναντίον	τούτου τοίνυν τοὐναντίον
226. C.	ὥσπερεὶ	ὡς περὶ
227. A.	ἔσχεν	ἔχει
— B.	εἰλήχασι	εἰλήφασι
— C.	εἴπερ ὄγε	εἴγε ὅπερ
— D.	ὑφηγῇ	ἀφηγῇ

Digitized by Google

Pag.		
228. A.	δυσειδὲς τῶν ἓν ὄντων γένος	δυσειδὲς ἓν ὂν γένος
229. A.	ὀρθότατα	ὀρθότερον
232. B.	αὐτὸν μηνύων	αὐτὸ μηνῦον
234. A.	ἐρεῖς. τινὰ γὰρ	ἐρεῖς τινα. καὶ γὰρ
236. A.	εἰκός γε	ἐοικός γε
— B.	μηδὲ εἰκὸς	μηδ' ἐοικὸς
— E.	ὄντως εἶναι	ὄντως οὖν fed in marg. εἶναι
237. B.	κἀμὲ κατὰ ταὐτην	κἀμὲ καὶ ταὐτην
— C.	τῶν τι ὄντων ἐπὶ τὸ μὴ ὂν	τῶν ὄντων ἐπί τι τὸ μὴ ὂν
— E.	γοῦν ἂν — ἔχοι	γοῦν — ἔχει
238. B.	οὐκοῦν	οὔκουν
239. A.	ὡς ἓν — ἕν τε γὰρ ἤδη.	ὡς ἑνὶ — ἕν τε γὰρ εἴδει
— E.	ὡς βλέπων τι	in marg. ὡς βλέποντι
241. E.	τεχνῶν τῶν ὅσαι	τεχνῶν ὁπόσαι
243. B.	αὐτοῦ περὶ	αὐτοῦ πέρι
— D.	ἢ δῆλον ὅτι — ἀναπυνθανομένους — τοῦτ' ἀμφοῖν	ἢ δηλονότι — ἀναπυνθανομένων — τοῦτ' ἐπ' ἀμφοῖν
244. C.	τοῖς οὖν αὐτοῖς — οὐ πάντως ῥᾴσει	τίς οὖν αὐτοῖς — οὐ πάντων ῥᾴσειν
245. B.	εἶναι τὸ ὂν εἶναί πως, αὐ	in marg. τὸ ἓν εἶναι πῶς οὐ
— D.	ἀλλὰ μυρία	ἄλλας μυρίας
246. B.	ἢ δεινοὺς εἴρηκας	ἤδειν οὓς εἴρηκας
— D.	περὶ βελτιόνων	παρὰ βελτιόνων
248. D.	μανθάνω τό δέ γε. ΞΕ. ὡς	μανθάνω. ΞΕ. Τό δέ γε ὡς
249. C.	καθορᾷς — ὁπουοῦν — τῷ δὴ φιλοσόφῳ	καθορᾷν — ὁπηοῦν — τῷ δὴ Φιλοπόνῳ
— D.	βαβαὶ μέν τ' ἂν περὶ τὴν	βαβαὶ μέ τ' ἂν & in marg. μηδὲν ἂν in marg. πλὴν τὴν
251. E.	ἀποκρινόμενον	ἀποκρινόμενος
252. A.	τί δὲ; ἔσαι — προσκοινωνοῦν	τί δὲ ἔσαι; — προσκοινωνεῖν
— B.	μετείημεν	μετίοιμεν & in marg. μετίοιεν

Digitized by Google

Pag.		
255. A.	θάτερον ὁποτερονοῦν	θάτερον. ὁπότερον οὖν
256. B.	γέγονεν οὐκ ἐκεῖνο	γέγονεν ὡς οὐκ ἐκεῖνο
257. C.	τί τὸ ποῖον; — τινὰ ἑαυτῆς	τὸ ποῖον; — τινὰ
— D.	τέχναι τισὶ τάχ' ἂν. ΞΕ. Ἀλλὰ πῃ δὴ λέγωμεν. ἔστι	in marg. τέχναι τ' εἰσὶ τάχ' ἂν. ἀλλά πῃ δὴ λέγωμεν. ΞΕ. Ἔστι
259. D.	ὅ φησιν τούτῳ	ὅ φησι τούτων
263. C.	δέ γε, τίνος	λέγε τίνος
264. E.	τὴν οἰκείαν λιπόντες Φύσιν	τὴν ἰδίαν οἰκίαν λιπόντες, Φύσιν
265. D.	ὑπολαμβάνω	ὑπολαμβάνων
— E.	αὐταῖν	αὐτοῖς & in marg. αὖθις
266. A.	αὐτὸ ποιητικὸν	αὖ τὸ ποιητικὸν
267. D.	ἀπορεῖν	εὐπορεῖν
268. A.	ὧν εἴρηκας	ὡς εἴρηκας
— B.	μακρολογώτερον	μακρολογώτατον

PARS DIALOGI PROTAGORAE

(a D. RUHNKENIO)

ad Cod. Reg. 3017. *collata.*

Pag.		
220. C.	ὁποτέρως βούλοιτο διεξιέναι	ὁπατέρους βούλοιτο οὕτως διεξιέναι
— E.	τοὺς δ' ἀσθενεςέρους τάχει ἐκόσμει· τοὺς δὲ	τὰ δὲ ἀσθενέςερα τάχει κόσμει. τὰ δὲ
321. A.	ἀλληλοΦθοριῶν — εὐμαρίαν — ὑπάρκῃ	ἀλληλοΦθορίας — εὐμάρειαν — ὑπάρχοι

Digitized by Google

Pag.		
321 B.	ἔλαθεν αὐτὸν	ἔλαθεν αὐτὸν
— C.	λοιπὸν δὴ ἔτι ἀκόσμητον	λοιπὸν δὲ, ἀκόσμητον ἔτι
— D.	κτητήν τῳ ἢ χρησ.	κτήταντο χρησ.
— E.	ἔμπυρον τέχνην	ἔμπειρον τέχνην
322 A.	μετέσχε — ἐνόμισε· καὶ ἐπεχείρει — τέχνῃ· καὶ οἰκήσεις — εὗρετο	μὲν ἔσχε — ἐνόμισε· ἐπεχείρει — τέχνῃ· οἰκήσεις — εὕρατο
— B.	ἠδίκουν ἀλλήλους	ἠδίκουν
— C.	Ἑρμῆς, διὰ τίνα	Ἑρμῆς, τίνα
— D.	μετεχόντων	μὲν ἐχόντων

VARIAE LECTIONES

CODICIS VOSSIANI EX BIBLIOTHECA LUGDUNO-BATAVA,

quo continetur Platonis *Minos*, omissâ editâ lectione.

P. 313. A. τῶν νόμων; — κατ' αὐτὸ τοῦτο — οἶσ-θαι

Ibid. B. νόμος. εἰ οὖν σοι πρόχειρον εἰπὲ. — ἄλλο δὲ τὰ λεγόμενα· καὶ ἄλλο μὲν ἀκοή, ἄλλο δὲ τὰ ἀκουόμενα· καὶ ἄλλο δὴ νόμος, ἄλλο δὲ τὰ νομιζόμενα;

Ibid. C. ἀλλόμοι γῦν ἐφάνη prò ἀλλ' ὅμοιον νῦν ἐφάνη

P. 314. A. δηλούσῃ ἡμῖν τὰ πράγματα, εἰ δ' αὖ ἤρετο ἡμᾶς, τί δαὶ, ἐπειδὴ ἀκοῇ τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται, τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ, ἀπεκρινάμεθ' ἂν αὐτῷ τῇ διὰ τῶν ὤτων δηλούσῃ ἡμῖν τὰς Φωνάς; — τίνι ὄντι τῷ νόμῳ

Ibid. B. καὶ νοσώδη — μαντικῇ. ἡ γάρ που τέχνη — εἶναι: Τὰ δόγματα ταῦτα καὶ ψηφίσματα, ἔμοιγε δοκεῖ·

Ibid.

P. 314. C. τάχα δὲ ὧδε ἄμεινον εἰσόμεθα — τί δαὶ δίκαιοι — οἱ νόμοι — οἱ δὲ ἄνομοι, ἀνομίᾳ ἄνομοι

Ibid. D. οἱ δὲ ἄνομοι — ἡ ἀδικία τε καὶ ἡ ἀνομία; — ζητεῖν:

Ibid. C. non exstat MIN. Οὐ δῆτα. — ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν δόξα γέ τις καὶ αὐτό μοι καταφαίνεται ὁ νόμος εἶναι.

P. 315. A. ὁ νόμος ἄρα βούλεται τοῦ ὄντος εἶναι ἐξεύρεσις; — ἐξεύρεσις

Ibid. B. χρῶνται, ἄλλοι τε ἄλλοις

Ibid. C. ἔνιοι αὐτῶν καὶ τοὺς αὑτῶν υἱεῖς τῷ Κρόνῳ, ὡς ἴσως σὺ ἀκήκοας — ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τῇ λοκαίᾳ

Ibid. D. ἐγχυτιστρίας — οἱ δ' αὖ ἐκείνων ἔτι πρότεροι, αὐτοῦ — κατὰ ταυτὰ — οὔδεν τοι — λέγῃς.

Ibid. E. φέρε δὴ σὺ

P. 316. A. Πέρσαις; ἀλλὰ ἀεὶ δή που; — πότερον δὲ τὰ πλείον ἕλκοντα — τὰ πλείον ἕλκοντα — Λοκαίᾳ;

Ibid. B. κατὰ πάντων εἶπεῖν — ἁμαρτάνῃ

Ibid. D. νομίζουσιν, ἢ ἄλλοι ἄλλα; — καὶ οἱ ἰατροὶ — νομίζουσιν εἶναι; Ναὶ:

Ibid. E. Ἆρ' οὖν καὶ τὰ γεωργικὰ συγγράμματα, νόμοι εἰσὶν; — κηπουρῶν — κηπουρικοὶ ἄρα νόμοι ἡμῖν εἰσὶν οὗτοι; — Μαγειρικοὶ ἄρα νόμοι εἰσίν;

P. 317. A. ἄρα ταῦτα συγγράμματα ἐστὶν, οὓς οἱ ἄνθρωποι νόμους καλοῦσι βασιλέων τε καὶ ἀγαθῶν συγγράμματα

Non exstat ἐπίσανται δ', ὡς φασὶν, οἱ μάγειροι;

Ibid. B. περὶ τῶν αὐτῶν; οὐκ: οὐδὲ μεταθήσονται ποτὲ περὶ τῶν αὐτῶν ἕτερα καὶ ἕτερα νόμιμα — τινὰς ὅπου οὖν τοῦτο — πότερον — ὃ μὲν ὀρθὸν ἦν νόμιμον,

Ibid. C. τὸ δὲ μὴ ὀρθὸν, οὐ, ὃ δοκεῖ νόμος εἶναι τοῖς

Ibid. C. διαθώμεθα pro θεασώμεθα & ἐπὶ γῇ pro τῇ γῇ

Ibid. E. καὶ οἱ τίνος νόμοι ὀρθοί εἰσιν; — τίς δὲ τὴν τροφὴν

P. 318. A. τίς δὲ τὴν τῶν προβ. — οὐχ οἱ τοῦ βασιλέως;

Ibid. B. γέγονε τοῖς αὐλητ. — λοιπὰ, ὡς

Ibid. D. τὸν δὲ Μίνων

Ibid. E. τραγικὸν. Τί δαὶ οὐ ταῦτα λέγεται περὶ Μίνω; — ὑπό γε — τραγῳ-

γωδιοποιοί — οὐδ' ὅ, τι χρὴ μᾶλλον

P. 319. A. ψέξειν ἢ ἐπαινέσεσθαι — μὴ γάρ τι οἷον — πάντων τούτων ἱερώτατόν ἐστιν ἄνθρωπος ὁ ἄγαθος — ἤδη οὖν καὶ περὶ Μίνω, ὡς αὐτὸν Ὁμηρός τε καὶ Ἡσίοδος ἐγκωμιάζουσι, τούτου ἕνεκα Φράσω· ἵνα μὴ ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπου,

